

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistola de vita contemplativa (Scala claustralium) - Cod. Schuttern 6

Guigo <de Castro>

[Schuttern], [17. Jahrh.]

[urn:nbn:de:bsz:31-72286](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-72286)

F. Schöner 6

I

ad
Ascetica



1902 n. 226

Schütter 6

1902 n. 226.

Schütter

2

Scala Paradisi, seu perfectio vitae, perquam
religiosi praesertim novelli iuxta vestigia Ss. P.
N. Benedicti ad Deum ascendere debent.
Cum omnis homo seire appetat, in scientiam, non mundi, quae
odit Deum, non carnis, quam Deus odit, non liberalium, quae
bona quidem, sed propria infirmitatis melior, quod ignorantia
sui proignat superbiam malorum magistrum. sed scientiam
charitatis, optimam omnium salutis sanctitatisque uni
versitatem. quicumque enim Deum amat, sapit. ex adverso
scientia sine charitate dementia est. huic, duo sunt
demonstrationes, brevitas tribulationis, aeternitas tribu-
lationis, aeternitas retributionis. quisquis igitur honestate
duci a solet, huic se dedit scientiae, sanctitatis nil sublimius.
quod si nihil ambicio invenis. Difficile, sanctitas inveniat!
quisquis movetur, ab utili, hanc amplectatur, scientiam,
minimus amoris Dei actus Deum valet, quisquis habitus
a Dulci, in hac se scientia exerceat, meditatio Dei Dulcis est.
quemcunque. Finis, et propria beatitas aliiis, hinc a
bonis creatis aversus, propositis sibi maiore, unicoque
bono infinito, in eodem cognoscendo, et amando tantum
occursetur, ides enim beatus est Deus, quia se se et amat.
quod si a necessariis excitamenta requirantur, modusque
his operam navandi literis desideretur, edocentur
sequentes pagina.



2

[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a historical document or letter.]



3
Scala paradisi claustralium est, scilicet lectio, meditatio,
oratio, et contemplatio. qua de terra in caelum subleuantur,
gradibus distincta partibus, immensa tamen et incredibilis
magnitudinis. cuius extrema pars terra innixa est, superior
vero nubes penetrat, et secreta caelorum rimatur. hi gradus
sicut nominibus et numero sunt diversi, ita ordine et munere
sunt distincti: quorum proprietates et officia quidem singula
quid circa nos efficiant, quomodo inter se in vicem differant, et
praemineant, si quis diligenter inspiciat, quidquid laboris
aut studij impenderit in eis, breue reputabit et facile, pra
utilitatis et dulcedinis magnitudine. est autem lectio, sedula
serijs studij cum animi intentione inspectio. meditatio
est studiosa mentis actio, occulta veritatis notitiam ductu
propriae rationis investigans. oratio est deuota cordis
infectio in Deum, promalis amovendis, et bonis adijscendis.
contemplatio est mentis in Deum suspensio quadam elevatio,
aeternae dulcedinis gaudia degustans.

assignatis ergo quatuor graduum descriptionibus, restat, ut
eorum officia videamus. beata igitur vita dulcedinem lectio
inquit, meditatio inuenit, oratio postulat, contemplatio
dequstat. unde ipse Dominus dicit, querite, et inuenietis,
pulsate, et aperietur vobis. querite legendo, et inuenietis
meditando. pulsate orando, et aperietur vobis contemplando.
lectio quasi solidum cibum orit apponit, meditatio maricat,
et frangit: oratio saporem aduersit, contemplatio est ipsa
dulcedo, qua iucundat et reficit. lectio in cortice, meditatio
in adipe, oratio in desiderij postulatione, contemplatio in
adeptae dulcedinis delectatione. quod ut expressius videri possit,
remum de multis supponam exemplum. in lectione audita,
beati mundi corde, quoniam hijsi Deum videbunt. Ecce prece
verbum, sed suave et multisplu si sensu referunt, ad partem
anime quasi usam ministravit: quam postquam anima
diligenter inspexerit, diu inha se, solet aliquid boni
esse, redibo ad cor meum, et tentabo si: Forte intelligere
et inuenire poteromunditiam hanc: pretiosa enim et
desiderabilis est res ista, cuius possessores beati dicuntur,

quibus visio dei, quae est vita aeterna promittitur, quae tot
sacra scripturae testimonia collaudatur. hoc ergo sibi plenius
explorari desiderans, incipit hanc unam masticam et frangere,
eamque quasi in loreulam ponit: deinde excitat rationem
ad inquirendum quid sit, et quomodo haberi possit haec adeo
preziosa et desiderabilis munditia.

Accedens ergo sedula meditatio, non remanet extra, non haeret
in superficie literae, altius figit pedem, interiora penetrat,
singula rimatur. ad lente considerat quod non dixit, beati
mundi corpore, sed corde: quia non sufficit manus habere
innocens, a malo opere, nisi et a pravis cogitationibus
mundetur in mente. quod auctoritate prophetae confirmatur
dicens, qui a sepe det in montem domini, sicut quis stabit
in loco sancto eius! innocens manibus et mundo corde. item
considerat, quantum hanc cordis munditiam obstabat idem
propheta si orans, cor mundum crea in me deus. et iterum:
iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet dominus.
cogitat quam sollicitus erat in hac custodia beatus job, qui
dicebat, respici Te deus cum oculis meis, ne cogitarem quidem
de virgine. Rursum quantum iste vir sanctus, qui claudebatur
oculos suos ne videret vanitatem: ne forte incautus aspiceret,
quod postea invitus desideraret. pro, quam haec est huiusmodi
de cordis munditia pertrahavit, incipit cogitare de eius operibus,
quam gloriosum et delectabile est videre. Faciem desideratam
domini, speciosiorem formam pro filijs hominum, non esse iam
abiectum et vilem, non habentem speciem qua vestivit eum
mater sua synagoga, sed stola immortalitatis indutum, et
coronatum diademate quo coronavit eum pater, suus in die
resurrectionis et gloriae, die quam fecit dominus. cogitat
quod in illa visione erit satisfactio illa, de qua dicit propheta,
satiabor cum aspexeris gloria tua, videsne quantum
liquoris emanavit ex minima uva, quantum ignis ex hac
se in illa ortus est, quantum haec modica massa, beati mundo
corde, quoniam ipsi deum videbunt, in incude meditationis
extensa est! sed quantum adhuc pro se extendi, si accederet
aliquis talis expertus! sentio enim quod puteus altus est:
sed ego ad haec rudis, vas in quoque saeva haurirem, vix inveni.

his anima facibus inflammata, his incitata desiderijs, Fracto
 alabastris suavitate unguenti, per sentiri in eis, si necdum
 gustu, sed quasi narium odoratu. et hoc colligit quam suade
 esset huius munditie sentire experientiam, cuius meditationem
 novit adeo esse iucundam. sed quid facies! habendi desiderio
 exortual: sed non inveniet apud se quomodo habere possit, et
 quanto plus inquirat, plus sciat, dum apponit meditationem
 apponit et Dolorem, quia scit dulcedinem quam in cordis
 munditia meditari esse monstrat, sed non proquatur. non enim
 est legentis atque meditantis hanc sentire dulcedinem, nisi
 data fuerit. Desuper legere enim et meditari tam bonis quam
 malis commune est. et ipsi Philosophi gentium, in quo
 summa veri boni consisteret, quatuor rationis invenerunt: sed
 quia cum Deum cognovissent, non sicut Deum glorificaverunt,
 sed de suis viribus presumentes, dicebant, linguam nostram
 magnificabimus, habita nostra a nobis sunt, non meruerunt
 percipere quod prosequerentur videre. evanuerunt in cogitationibus
 suis, et omnis eorum sapientia devorata est, quam eis contulerat
 humana studium disciplinae, non propriis sapientia; qui
 solus dat veram sapientiam, sapientiam scilicet scientiam, que
 animam cui infusa est, in certabili sapore iucundat et reficit:
 et de illa dictum est, sapientia non intrabit in malevolam animam,
 hanc autem a solo Deo est.

videns autem anima quod ad desideratam cognitionis experientie
 dulcedinem per se non possit attingere, et quanto magis
 ad cor altum accedit, tanto magis exallectu, Deo, humilial se
 et confugit ad orationem, dicens, Domine, qui non videris, nisi
 a mundis cordibus, investigari legends, meditand, quasi videri
 quomodo haberi possit vera cordis munditia, ut ea mediante
 vel ex modica parte possim te cognoscere. querebam vultum
 tuum Domine, vultum tuum Domine querebam. diu meditatus
 sum in corde meo, et in meditatione mea exarsit ignis, et desid:
 erium amplius cognoscendi te. dum panem sacra feris, hunc
 michi frangis, in Fractione panis magna cognitio est, et quant
 plus te cognosces, plus te cognoscere desideras, non iam in

Cortice littera, sed in sensu experientie. nec hoc peto Domine
propter merita mea, sed pro tua misericordia. Fateor enim
quia indigna et peccatrix sum, sed et capelli edunt de micis qua
cadunt de mensa Dominorum suorum. da mihi Domine larram
hereditatis futurae, saltem guttam caelestis pluviae, qua refrigerem
sibi meam, quia amore ardeo.

his est huiusmodi ignitis eloquiis suum inflamat desiderium: si
ostendit suum affectum: istis in eantationibus advocat pro se.
Dominus autem, cuius oculi super iustos, et aures eius non solum
ad preces, sed ipsa preces eorum non expectat donec sermonem
finierint, sed medium orationis cursum interrumptens, festinus
ingerit se, et animam desideranti festinus occurrit caelestis rore
dulcedinis circumfusurus, unguentis optimis delibutus animam
Fatigatam respicit, emiserentem reficit, aridam irriguat, et
Fatigatam sereno rum oblivisci, memoria sui eam mirabiliter
Fortificando, vivificando, et inebriando, et sobriam reddendo.
et sicut in quibusdam carnalibus officiis adeo vincitur carnalis
concupiscentia, quod omnem usum rationis amittit, et fit homo
quasi totus carnalis: ita merito in hac superna contemplati
one ita consumuntur, et absorbentur, carnales motus ab anima
ut in nullo caro spiritui contradicat, et fiat homo quasi totus
spiritualis.

O Domine, quomodo conpariemus quando haec facies, et quod
signum adventus tui, numquid huius consolationis et letitiae
testes et nuntii sunt suspiria et lacrymae! si ita est, nova est
antiphraasis ista, et significatio inusitata. quae enim con:
versio consolationis ad suspiria, letitiae ad lacrymas!
si tamen ista dicenda sunt lacrymae, et non solum roris interi
oris de super infusi superfluenso abundantia, et ad interioris
ablutionis iudicium exterioris hominis, purgamentum:
ut sicut in baptismo puerorum per exteriori ablutionem
significatur, et figuratur interior animae ablutio, ita hic
contra exteriori ablutionem interior procedat purgatio.
O Felices lacrymae, per quas maculae interiores surgunt,
per quas peccatorum incendia extinguuntur! beati qui si

lugebis, quia ridebis. in his laerymis agnosce o anima sponsum
 tuum, amplexere desideratum. nunc torrente te voluptatis
 inebria, fuge ab ubere consolationis eius lac et mel, haec sunt
 miranda munuscula et solatia quae dedit tibi sponsus tuus, gemilus
 scilicet et laeryma. adducit tibi solum in his laerymis in
 mensura. haec laeryma sunt tibi panes die ac nocte, panes utique
 confirmantes cor hominis, et dulciores sunt ser mel et favum.
 Domine, si adeo sunt dulces istae laerymae, quae ex memoria et
 desiderio sui excitantur, quam dulce erit gaudium, quod ex
 manifesta huius visione capietur! si adeo dulce est flere pro te,
 quam dulce erit gaudere de te! sed quid huiusmodi secreta collo
 quia proferimus in publicum! cur ineffabile vel inenar
 rabile affectus verbis communibus conamus exprimere!
 in experti talia non intelligunt, nisi ea expressius legant in
 libro experientiae, quos ipsa doceat unctio.
 ubi ergo quae diffusius dicta sunt simul iuncta vel unita melius
 videantur, praedictorum summam recapitulando colligamus.
 sicut in praedictis exemplis proponatur, videri potest quomodo
 praedicti gradus cohaereant, et sicut temporaliter, ita et causaliter
 se praecedant. lectio enim quasi fundamentum prima occurrit, et
 data materia milit nos ad meditationem. meditatio vero quid
 appetendum sit diligentius inquirat, et quasi effodiens thesaurum
 inveniat et ostendat: sed cum per se obtinere non valeat, milit
 nos ad orationem. oratio autem se totis viribus erigens ad
 Dominum, impetrat thesaurum desiderabilem, contemplationis
 suavitatem. haec autem adveniens praedictorum trium laborem
 remunerat, dum caelestis rores dulcedinis animam sitientem
 inebriat. lectio ergo est secundum exterius exercitium: meditatio
 secundum interius intellectum; oratio secundum desiderium:
 contemplatio super omnem sensum. primus gradus est incipi
 entium, secundus est proficientium, tertius est devotorum,
 quartus beatorum.
 hi autem gradus ita concatenati sunt, et vicaria opae sibi
 invicem deserviunt, quod praecedentes sine subsequenibus
 aut parum aut nihil proficiunt: sequentes vero sine pra
 cedentibus, aut raro, aut nunquam haberi possunt. quid

enim proderit lectione continua tempus occupare, sanctorum
gesta et scripta legendo transcurrere. nisi ea etiam masticando
et ruminando, succum eliciamus, et transglutendo usque ad
cordis intima transmittamus, ut ex his diligenter consideremus
statum nostrum, et studeamus eorum opera agere, quorum
facta cupimus lectitare! sed quomodo hoc cogitabimus, aut
quomodo cavere poterimus, ne falsa auidinaria quaedam
meditando, limites a sanctis patribus constitutos transeamus,
nisi prius circa huiusmodi ante ex lectione aut ex auditu fuerimus
instructi! auditus enim quodam modo pertinet ad lectionem. unde
solemus dicere, non solum libros ipsos nos legisse, quos nobis
ipsis vel alijs legimus, sed etiam illos quos a magistris
audivimus. item quid proderit homini, si per meditationem
qua agenda sunt, videat, nisi orationis auxilio et dei gratia ad
ea obtinenda convalereat! omne siquidem datum optimum,
et omne donum perfectum de sursum est, descendens scilicet patre
luminum: sine quo nihil possumus facere, sed ipse in nobis
facit opera, non tamen omnino sine nobis. eo operatores enim
dei sumus, sicut dicit apostolus. vult siquidem deus ut eum
oremus, et ut ei advenienti et prestolanti ad ornem, a seriamus
suum voluntatis nostrae, et ei consentiamus. hunc consentium
exigebat a samaritana, quando dicebat, voca virum hunc: quasi
diceret, volo tibi impendere gratiam, tu applica librum
arbitrium. orationem exigebat ab ea, cum dicebat, huiusmodi
donum dei, et quis est, qui dicit tibi, da mihi bibere, forsitan
prebisset ab eo aquam vivam. hoc audito quasi ex lectione
mulier instructa, meditata est in corde suo bonum sibi fore
et utile habere hanc aquam. accensa ergo habendi desiderio,
convertit se ad orationem dicens, domine, da mihi hanc aquam,
ut non sitiam amplius, neque veniam huc haurire aquam.
Ecce auditus verbi domini, et sequens super eo meritatio incita:
verum eam ad orandum. quomodo namque esset sollicita ad
postulandum, nisi prius eam accendisset meditatio! aut
quid ei procedens meditatio contulisset, nisi qua appetenda
monstrabat, sequens oratio impetrasset! ad hoc ergo ut

Fructuosa si meditatio oportet ut sequatur, orationis devotio,
cuius quasi effectus est contemplationis dulcedo.

Ex his profertur colligere, quod lectio sine meditatione arida est,
meditatio sine lectione erronea, oratio sine meditatione tepida,
meditatio sine oratione infructuosa: oratio cum devotione con:
templationis acquisitiva: contemplationis adjectio sine orati:
one, aut rara, aut miraculosa. Deus enim cuius potentia non
est numerus vel terminus, et cuius misericordia super omnia
operatur, quandoque ex lapidibus suscitavit filios abraham, dum
Duros et nolentes, ad quiescere cogit ut velint; et ita quasi prodigus,
ut vulgo dicitur solet, bovem cornu trahit, quando non vocatur se
inferendit. quod etsi quandoque aliquibus legimus contigisse, ut
Paulo et quibusdam alijs, non tamen ideo debemus nos quasi Deum
tentando divina presumere, sed facere quod ad nos pertinet, legere,
scilicet et meditari in lege Dei, orare ipsum, ut adiuvet infirmitate
nostram, et videat imperfectum nostrum; quod ipse docet nos
facere, dicens, petite et accipietis, quae vobis, et invenietis, pulsate,
et aperietur vobis. nunc enim regnum caelorum vim patitur,
et violenti rapiunt illud.

93.

pd 194,
r83,
1007

93.

beatus homo cuius animus a ceteris negotijs vacuus, in his quatuor
gradibus versari semper desiderat, qui vendit universis quo
habuit, emisit agrum illum, in quo latet thesaurus desiderabilis,
scilicet vacare et videre quam suavis est Dominus: qui in primo
gradu exercitatus, in secundo circumspectus, in tertio devotus,
in quarto supra se levatus, per has adscensiones quas in corde
suo disposuit, ascendit de virtute in virtutem, donec videat
Deum, sicut in sion. beatus cui in hoc supremo gradu, vel
modico tempore conceditur, manere, qui verè potest dicere, ecce
sentis gratiam Domini, ecce cum petro et johanne gloriam eius
in monte contemplantur, ecce cum iacob plerumque Rachelis
amplexibus delectatur. sed caveat sibi aliquis, ne post con:
templationem istam, qua elevatus fuerit usque ad caelos,
inordinato casu corruptusque ad abyssos: nec post Dei visionem
ad lascivos mundi actus et carnis illecebras convertatur, cum
verò mentis humana acies infirma, veri luminis illustrationem

93.

Facilius sustinere non poterit, ad aliquem trium graduum, per quos
ascenderat, leviter, et ordinate descendat: et alternatim modo in
uno, modo in altero, secundum modum liberi arbitrii pro ratione
loei et temporis demoretur, tanto iam Deo vicinior, quanto a primo
gradu remotior. sed heu Fragilis et miserabilis humana conditio!
ecce ductu rationis et scripturarum testimonio aperte videmus in
his quatuor gradibus bona vite perfectionem contineri, et in his
spiritualis hominis exercitium debere versari. sed quis est, qui hunc
vivendi tramitem teneat! quis est hic, et laudabitur seum! velle
multis adiacet, sed perficere paucis. et utinam de istis paucis esse mus.
sunt autem quatuor cause que retrahunt nos plerumque ab istis
gradibus, scilicet, inevitabilis necessitas, honeste actionis utilitas,
humana infirmitas, mundialis vanitas. prima est excusabilis,
secunda tolerabilis, tertia miserabilis, quarta culpabilis, cur
culpabilis! illis enim quos huiusmodi novissima causa a sancto
proposito retrahit, melius erat gloriam Dei non cognoscere, quam
post agnitam retrò ire. quam utique excusationem habebit iste
de peccato! nonne ei iuste potest dicere dominus, quid debui tibi
facere, et non feci! non eras, et creavi te: peccasti, et diaboli servum
te feceras, et redemi te: in mundi circuitu cum impijs curabas, et
elegi te: dederam tibi gratiam in conspectu meo, et volebam facere
apud te mansionem, tu vero desperaxisti me, et non solum sermones
meos, sed me ipsum proiecisti retrorsum, et ambulasti post con:
cupiscentias tuas. sed o Deus bone, suavis et mitis, amicus dulcis,
consiliarius prudens, adiutor fortis: quam inhumanus! quam
temerarius es! qui te abicit, qui tam humilem, tam mansuetum
hospitem a suo corde repellit! o quam infelix et damnosa
commutatio, creatorem suum abicere, et prava noxiaque
cogitationes recipere! illud etiam secretum cubile spiritus sancti,
secretum cordis, quod paulo ante calens gaudys intendebat,
tam subito immundis cogitationibus et peccatis tradere conciliandum
adhuc in corde calens sponsi vestigia, etiam in tromillibus
adulterina desideria. male conveniens et indecorum est, aures
quo modo audierunt verba que non licet homini loqui, tam cito
inclinari ad Fabulas et detractiones audiendas, oculos, qui

213

214

4

Credat. meminerit illud ap^{li}. Fidelis Deus qui vocavit vos.
qui etiam Faciel. qui sperant in Domino mutabunt For-
titudinem. current et non laborabunt. ambulabunt et non
deficient. ad hoc tentationum et cogitationum malariam
provincijs, et absque more dispendio est obstandum. vel si
earum insultus spirituum inquietent non solum Confess²,
verum etiam alij seniores sunt in adiutorium advocandi.
ut unius debilitas multorum adiutorio sustentetur. Frater
qui adiuvatur a Fratre. quasi civitas Firma. qui autem
vulnus delegere vel auxilium petere negligit. sua non
immerito negligentia perit. Denique cum Diabolus servi
Dei spiritum per trisuliam devere gudeat. ipsam si
quando irrepressibilis repellentes. Christo Domino qui
dorem hilarem diligit, in cordis labia Tamulantur.
attendentes solliciti ne de sua unquam vocatione ingrati
aut lepidi regratiatores appareant coram Deo. ubi sol
radial gratia. nubilum tentationis abscedat. solet in
aqua turbida labere piscaturus animam. coluber
Tortuosus. maximum inhabitantis gratia signum.
Spiritalis Labia. porro qui vocationis gratiam non
agnoscit, indignum se vocationis Fructu constituit. bene:
Fructus ingratus exhibitis. in exultatione exhibendis.
verum quia per se nullo modo suffuerent ad machinamenta
diaboli repellenda, ad Christum propter quem omnia
contempserunt, qui est tentationum refugium et de-
bilitum Fortitudo. qui se Fideliter invocantibus Faciel
cum tentatione pvenit ut valent sustinere, crebris
supplicationibus et Devotis recurrant. ut qui eos
dignatus est De Fornace babilonis eripere. bonum
in eis perspicua quod inceperit. Frequens et fervens
oratio Dissipat omne malum. olla Ferventi musca

Non insident.

Capitulum.

De
Necessitate humilitatis.

Denique quoniam ut ait hugo. sicut cera nisi prius emollita fuerit. formam non recipit. sic et homo quidem ad formam virtutis non flectitur. nisi ab omni elationis et contradictionis rigore per humilitatem humiliter humilietur. necesse habent qui disciplina cupiunt moribus informari. ut humilitatis radicem in corde figere studeant. et honorem propria voluntatis presumptionis et irreverentiae vitium qua a superbia procedere solent. tam in re quam in signo vigilantius caveant. ut ut humilitas ancillae more. locum praeparat disciplinae. verum qui vult defectus proprios cordis oculo contemplari. necesse est vere humiliari sub potentis manu dei. ideoque se famulum christi admones. ut cognitionem horum defectuum adeptus valde humiles spiritum suum. et tibi ipsi vilescas. humilitas enim est virtus. ut dicit bernardus. qua homo verissima sui ipsius cognitione sibi ipsi vilescit. hanc virtutem maxime a filio dei famulus dei discere debet. quia ipse dicit. Discite a me. quia mitis sum et humilis corde. qui enim virtutes sine humilitate congregat in ventrem paleam mittit. ut dicit beatus gregorius. sicut enim principium omnis peccati est superbia. sic fundamentum omnium virtutum est humilitas. Discite autem veraciter esse humilis. non fallaciter. sicut qui nequiter se humiliat ut hypochrita. de quibus dicit ecclesiasticus. est qui nequiter se humiliat. et interiora eius plena sunt dolo. verus enim humilis. ut dicit bernardus. semper vult vilis

Reputari non humiliter predicari. siq̄ibz ad perfectam
 humilitatis semitam vis pervenire, oportet se per triplicem
 semitam incedere. Prima semita est consideratio Dei. Debes
 enim considerare Deum ut auctorem omnium bonorum. ideoque
 debes ipse dicere. omnia opera nostra operatus es in nobis
 Domine. quia talis est. ideo debes ipsi omnia bona attribuere,
 et nihil tibi. considerans, quod non Fortitudo tua aut robur
 manuum tuarum fecit bona quae habes. quia Dominus fecit nos
 et non ipsi nos. et talis cogitatio destruit totam superbiam
 eorum qui dicunt. manus nostra excelsa, et non Dominus fecit
 haec omnia. haec superbia exclusit a gloria caeli luciferum.
 non considerabat se lucifer de nihilo factum. sed solius
 aspiciebat suum decorem, suam pulchritudinem. qualiter
 omnis laus preciosus operum tantum eius, et exultat eum
 superbia cordis sui. et quia superbia sequitur humilitas.
 ideo statim eiclusus est de sede nobilitatis suae, in locum
 extremae vilitatis. et qui fuerat inter angelos excellentissimus.
 factus est inter demones miserrimus. o quanti sunt hodie
 luciferiani et imitatores luciferi. Nil superbia, quos
 patienter tolerat Dominus. cum autem tolerabilior sit
 superbia in Divite, quam in paupere ut dicit Bernardus sup. cant.
 oportet ergo famulum Christi semper valde humilem inveniri,
 qui in locum angeli repudiati intrare debet. humilitas enim
 sola placet Deo sive in homine, sive in angelo. non credamus
 quod virginitas placet Deo sine humilitate. certe nec
 Maria mater Dei fuisse electa, si superbiam habuisset.
 in se. propterea dicit Bernardus sine humilitate audeo dicere
 nec Maria Deo placuisse. et ideo est virtus magna, sine
 cuius obtentu non solum virtus non est, sed etiam in super-
 biam erumpit. secunda semita est rememoratio Christi.
 Rememorari debes, quod Christus humiliatus fuit usque
 ad vituperatissimum genus mortis. et in tantum factus
 est humilis, ut quasi leprosus reputaretur, unde dicit Iza²

Propheta. reputavimus eum quasi leprosum et a Deo humiliatum.
imo in tantum fuit humiliatus, ut temporis ipsius nihil vilius
eo reputaretur. unde idem Jsa. dicit. in humilitate iudicium
eius sublegetur. ac si diceret. tanta eius humilitas fuit.
tantum se deiecerat, ut nullus de eo daret rectum iudicium, ut
a nullo crederetur, Deus esse. si ergo ipse Dominus et magister,
nos ter ita vilis et contemptibilis reputatus est, et non est
servus maior Domino suo, et discipulus non est super magistrum.
si famulus Christi. et si discipulus. vilis et contemptibilis
esse debet et humilis. o quam abominabilis est ille religiosus
Domino, qui vestem suam humilem et cor superbum. o quam
inutilis est ille christianus, qui Dominum suum videt humilem
et despectum. et ipse exaltat cor suum, et ambulat in magnis
et in mirabilibus super se. quid amplius delectandum,
quid gravius puniendum in famulo Christi. quam, qui
postquam sumus factus est imus, imensus parvus, et
homo subredo, et vermis a seipso se magnificare. de talibus
dicit beatus Chrysostomus. opellio morticina quid extenderis? o
sanies putida quid inflaris? caput humile et membrum superbum
non decet. Tertia semita per quam debes incedere, si vis ad
perfectam humilitatem pervenire. est circumspectio
tui. Tunc te ipsum circumspicis, quando cogitas unde veneris,
aut quovadis. considera ergo unde veneris, et seras, quia de
massa perditionis. De pulvere et limo terra factus es in
peccatis conversatus et exul es de beatitudine paradisi.
et hac consideratio spiritum humoris abicit et excludit internum,
ut clamare incipias cum tribus pueris in Daniele. sumus
hodie humiles in universa terra, propter peccata nostra.
considera etiam quovadis. tendis enim ad corruptionem
et incinerationem. quia pulvis es et in pulverem reverteris.

AB:

ABP.

AB+

X.

Ruidigitur superbis terra et cinis. si hodie es, cras non eris.
 si hodie sanus. cras infirmaberis. Forte. si hodie sapiens. cras
 Forte stultus eris. si hodie dives in virtutibus. cras Forte
 mendicus eris et miser. qui ergo miser ille christianus, qui
 audeat superbie cum tantis miseris et calamitatibus undique
 se videat circumdare. Discite igitur humilem habere spiritum.
 humilem incessum. humilem habitum. sola enim humilitas
 est, quae divinam misericordiam. quae divinam invenit gratiam.
 quanto enim magis uses, humilia te in omnibus. Et in Eccl.
 et coram Deo invenies gratiam. hoc modo ellaria invenit gratiam
 apud Dominum sicut ipsa testatur, dicens. respexit humi-
 litatem ancillae suae. nec mirum, quia humilitas charitati
 locum praeparat. mentem a vanitate evacuat. propter
 quod dicit Chrysostomus. quanto sumus a humore superbiae inaniiores.
 Tanto sumus dilectione pleniores. et sicut aqua confluit ad
 vales, sic gratia spiritus sancti confluit ad humiles. et sicut
 aqua quanto fortius fluit, tanto magis descendit. sic qui
 toto corde humiliatus procedit. magis propinquat ad Dominum
 et impetrat gratiam. propterea dicit Ecclesiasticus. oratio humiliantis
 se nubes penetrat. donec propinquat ad altissimum non
 consolabitur. quia Dominus impientium se facies voluntatem
 et deprecationem eorum exaudiet. sibi ergo o. famuli Dei
 humiles. ita ut nunquam superbiam in cordibus vestris
 permittatis. quia et Magistram habuistis humilem scilicet
 Dominum nostrum Iesum Christum. et quia Dominam
 habuistis humilem scilicet Reginam omnium. sibi humiles.
 quia Patrem habuistis humilem scilicet sanctum Benedictum.
 si tamen sibi humiles, ut Testis vestrae humilitatis sit
 patientia. virtus enim humilitatis per patientiam per-
 fitur. neque enim est vera humilitas cui non est ad-
 iuncta patientia. et hoc bene testatur beatus Chrysostomus. dicens

Facile est, vestes viles et despectos habere. demisso capite
incedere. sed verum humilem probat patientia. Eius in
humilitate sua patientiam habet. sed ut cum dolore loquar
multi sumus, qui superbiere volumus in claustris, qui certe
non nisi humiles fuimus in mundo. unde beatus Bernardus dixit.
videt de quo multum doleo. quia prius speretam seculi pompa
non nullos in schola humilitatis superbiam addidisse. ac
sub alio mitis humilisque magistri gravius in se seere et
impatientes magis fieri in claustris quam fuisse in seculo.
quandoque magis peruersum est, plerique in domo dei non
patientur haberi contempti, qui in sua non nisi contempti
sibiles esse soluerunt. est enim humilitas mixta virginitati
sicut gemma auro superaddita. propterea dicit beatus Bernardus.
pulchra permixtio virginitatis cum humilitate. non medi-
ocriter placet deo ista anima, in qua humilitas comendat
virginitatem et virginitas humilitatem exornat. audi denique
consilium, audi et placebit tibi. Fuge superbos, famulos
velut viseras. sperne superbos tanquam demones. con-
temne societatem superborum velut virus mortiferum.
et quare hoc, audi quare. quidam sapiens describit superbiam
dicens. omnis superbus intolerabilis. habet superfluum.
in incessu pomposus. cervix erecta. facies torva. oculi
truces. de loco superiori decernit. praefert se melioribus
affectat. sententias et verba et facta iactat. reverentiam
in obsequio non servat. propterea debet famulus dei, et
sponsus christi domini fugere superborum consortia.
ne et tu eis similis efficiaris. dicit enim eius. qui com-
unicat superbo induet superbiam.

Capitulum:
De
Captivitate voluntatis propriae.

B.

Voluntatem itaque propriam Religiosi ingenti curent studio
captivare. quidem in prodes subuenio ordinatione viventibus,
quod Facultates suas abiciunt, si proprias voluntates non
relinquunt. cum sit potestantius voluntatibus renunciare
quam rebus. Tota Religionis perfectio, in voluntatis propriae
abdicatione consistit. quare potissimum perfectionis et
Disciplina industrius appetitor, voluntatibus propriis
domandis et residentium nubis subiugandis invigilat.
profecto in dubitaverit ubi cetera probatio voluntatis.
si videlicet in iniunctis devote obediat. et in agendis suis
semper habere auctoritatem obedientiae non omittat.
haec est, obedientia in iniunctis, scilicet necessitas, scilicet et
meriti magnitudo. nam qui quid vice Dei praecipit homo,
quod non. Divi placeat Deo, hoc omnino se accipiendum est
quasi praecipiat Deus. ad meritum etiam melior est ob-
edientia quam victima. sanctaeque obedientiae holocaustum nihil
Deo gratius exhibetur. nemo ad perfectionis semitam cur-
rendam magis expeditus quam verus obediens. quam obrem
obedientia Filij se totum ad obediendum exponant. moraque
vel Praelati vocem audierint. quasi Divinitus imperetur, mora
pati nesciant. sed relicta omnibus ad iniuncta quaque Fideliter
exequenda promissa devotione consurgant. ut vicinis obedientiae
prode velut uno momento iubentis vocem Facti exhibitione
sequantur. perfecta obedientia sua imperfecta relinquat.
quoniam nec bonus obediens verbum ex se habet, ubi De
superioris sibi conpiterit voluntate. illum autem optimu
dixerim obedientiae gradum. cum eo animo opus iniunctum
recipitur, quo et praecipitur. cum ex voluntate iubentis

Pendet in tentis exequendis. nunquam de maiorum sententia
iudicent. quorum officij est obedire et implere quae iussa sunt.
deinde si ad ~~procedendum~~ volunt obedientia pervenire. constanti
secum deliberatione proponant. devotè semper ad omnia ob:
edire. si quid dignè grave vel impossibile forte iniungitur.
suscipiant quidem cum omni mansuetudine iubentis imperium.
quod si omnino suarum virium pondus excedat impossibilitatis
suae causas ei qui praesertim salienter et oportune insinuet. non
superbiendo vel contradicendo vel alias leviter murmure resistendo.
si adhuc superior in sua manserit sententia. ita sibi noverit
ex se dicitur. et ex charitate de adiutorio Dei confisi obediant. Christus
factus est pro nobis obediens usque ad mortem. mortem autem
crucis. qui licet ad patrem pro calicis translatione clamaverit.
continuo tamen adiunxit. verumtamen non mea voluntas. sed tua
fiat. non solum maioribus. sed sibi etiam invicem obedientiam
certatim impendant. incumbit Christi. Discipulo. ut omni
resistenti se tribuat. exemplo christoli. voluntarios se omnium
se servos constituant. sicut et scriptum est. subiecti invicem in timore
Christi. sanctus Bernardus super Cantica ait. grande malum
propria voluntas quae. Filii inquit. ut bona tua bona non fiat. NB
etenim si in die ieiunij mei inveniat. voluntas mea. non
tale ieiunium elegit Dominus. nec scio illi ieiunium meum.
quod non obedientiam sed vitium voluntatis propriae scio.
et subdit. ego autem non solum de ieiunio. sed et de silentio. De
vigilijs. De oratione. De lectione. De opere manuum. et post:
remo de omni observantia monachi sibi invenit. voluntas NB
sua in eo. et non obedientia magistri sui. id ipsum sentio.
minime propterea observantias illas. et si bonas in se inter
virtutes censuerim deprecandas. itaque novi Christi Discipuli NB

semetipsum penitus abnegantes in agendis suis. in operationibus
 locutionibus et rerum quarumlibet usu, non propriam vol-
 untatem. sed superiorum in omnibus dispositionem sequuntur.
 pro quibus tamen sit specialis eorum licentia vel assensus
 habendus.

Circa locutionem hanc teneant. ut eorum superiore sine eius
 assensu prohabito non loquantur. alias de necessariis
 et honestis. loco et tempore debitis. loqui pro ubi ordi-
 nationem fuerit, poterunt inter Fratres. locutio vero cum
 extraneis sine secularibus. licet Fratribus obsequentes
 sine Religiosis quilibet fuerint. Fratribus noviciis est
 probationis tempore penitus interdicta. sine Fratre
 professi. qui omnia loquentis verba et respondentis
 audiat sine licentia specialiter. sine quos nec ad portam
 ipsius indulgetur accessus. Personis tamen huiusmodi
 si occurrerint poterunt inclinare. vel si locus aut
 tempus loquendi fuerit. et non poterint subterfugere bono
 modo, eos breviter salutare. si de loquendo secum requiratur
 ab eis. respondere humiliter debent se loquendi aut morandi
 licentiam non habere. nulla profus alia eorum audiant
 verba. nec cum eis aliquatenus sedent, vel ulterius comorentur.
 sed si locutionem necessitas exigat vel honestas. Dicant ad
 eos oblata si poterint licentia reversuros. valeque
 recedendo potius. Faciant quam morando. De licentia tamen
 huiusmodi pro talibus est cautius providendum vel ab ipso
 Tanti. vel ab eorum instructore, qui eis ab ipso Religiosis
 ingressu specialiter est assignandus. semper cum pro senso
 in domo fuerit requiratur. ne a Diversis non absque
 vitanda confusionis periculo, minus providi concedatur.
 quicunque rem aliquam occulte sine superiorum assensu
 recipit, habet vel ubi. a Religiosis delirat licentia.
 et quidquid habet, male habet. pro ro cum illud proprium
 esse dicitur, de quo dispensare licet iuxta propriam voluntate.

omni assensu alio circumferipto. non pauper, sed Dominus
reputandus videtur, qui rem quamcumque alij distribuendo
vel libet sine superiorum auctoritate dispensat. res sunt
quidem communes. sed usus Dispositio pertinet ad Praelatos.
ut per eorum curam singulis iuxta modum et regulam
sibi constitutam prout unicaque opus fuerit dividantur.
usurpatus autem sine licentia rerum usus culpabiliter
Temereque presumitur, et propterea illicite vendicatur.
Statutum quoque Religiosae mansuetudinis servandis, qui
in usu proprio rem aliquam sive a parentibus sive a
quibusdam alijs recepit, aut quod maioris culpe recepta
occultans, superiorum iudicio non exponit. qui rem sibi
collatam celaverit. sanctus eius. eum furtive in iudicio
condemnandum. Proinde Fratres obsequium nullatenus sine
licentia nec a se invicem neque a Fratre, neque a quocumque
homine rem aliquam sive tabulas sive aciem sive aliquid
quod libet accipere, aut dare aliqua ratione attendent.
si nec literas ad se missas recipiant. aut aliquo casu
receptas asseriant. quae a possitore vel eo qui recepit eas
potius debent ad superiorem. vel si superior ordinaverit
ad eorum instructorem deferri. si nec rem alterius Fratris
usui usurpatam, propter ipsius Fratris conscientiam
occupare licebit. genus est. Turbi, et plerumque turbationis
ocasio, rem Fratris usui deditam, eo si ad sibi se debere.
potest. Fidelis servus et mitem non nulla pro loco et tempore
facere de tacito, vel probabiliter presumpto superiorum
assensu. ad ipsam denique finaliter acta quaeque per ausum
huiusmodi relaturus. de cetero quidquid Religiosus boni
facit aut dicit, quod suo non noverit displicere Praelato
a vera obedientia merito non fraudatur. Felix haec

servitus, imo gloriosa libertas. quam quis sponte in regia
vendit servitulem. Deum electus vicarios potius quam se
ipsum super se regnare constituens. suo profus renunciat
voluntati.

Capitulum 6.

De

Presumptione.

Presumptionem internam et externam sumo perere
Fugiant. internam ut sensum suum sensui non praeferant
aliorum. nec de bonis sibi a Deo collatis inaniter extollantur.
immo intantum ceteris se inferiores et viliores ex intimo
cordis credant affectu. ut nec se aliquid etiam esse existiment.
nempe secundum christolum, qui se existimat aliquid esse
cum nihil sit ipse se seducit. neminem iudicant, neminem
spernant. cum frequenter humanum fallat, iudicium.
et beato chry. teste. saepe facies facti se aliter habet, aliter
animus facientis. De omnibus quae occurrerint sentiant.
licet rei non intelligant rationem. exterioris presumptionis
et superbia notam, in omni actione sua sumo studio fugiant.
nam praesumptionem in gestu, elatum caput, sublimiores
oculi, facies vultuosa declarant, ubi ait Prosper. erecta
cervix, et truces oculi, et sermo terribilis, nudam superbiam
clamant. sed quantum per membrorum ministerium potest
deprehendi, prima superbia ostentatio in oculis esse solet.
qui inclinat oculos suos ipse salvabitur, nam si fuerit
oculus tuus simplex, totum corpus lucidum. contra, si
nequam, totum tenebrosus erit. praesumptio etiam in
signis et nubibus frequenter agnoscitur, ut ex. q. si quis
in choro vel alibi per fratrum defectibus fatirice nub.
illum vultuositatis assumat, vel levi cactinno, risu vel

NB.

motu capitis, oculorum circumlustratione, narium contractione,
labiorum compressionem, vel alio quovis modo defectum Frabris
facite arguat, vel substat. in locutione notatur, presumptio
si quod dicitur, non pertinet ad dicentem, aut dicendum, aut
aliquem superbie hunc proferat, aut pro loco, tempore et
personis. Tuerit a locutione cessandum. in modo loquendi vitium
presumptionis innuitur. si illud quod dicitur, haec ante,
impetuose, clamorose, contentiose, Despectiva vel nimis
rigide personatur, suaviter enim et humiliter, est loquendum.
Rursus qui loco, tempore, vel qui loco silentii, aut in superiorum,
seniorum, aut conventus presentia non comprimit linguam
suam, presumptuosus et intemperans merito iudicatur. loqui
tamen in medio magnatorum non presumas ait sapiens. et iterum,
in medio seniorum non adicias loqui. hoc praecipue intemperantiae
et presumptionis est nota. ubi enim breviter, voce sancti Bernardi
presumptuosum agnoscat. prius ait, in conventu residet in
consilio prius respondet, non vocatus accedit, non iussus se intro:
mittit, reordinat ordinata, reficit facta, vilem se si non emineat
arbitrans, et humilem inter alios erubescens. in locis et ceteris
qua honorem redolent se quibuslibet alijs parificare contendit.
audax ipse, ad quemlibet sit, frontosus, et imprudens. quod est
maximum vitium in iuvene Religioso. confusio Religionis
iuvenis presumptuosus et effrons. reprehensibilis maxime
in iuvene presumptio. quem magis humilitas, stabilis, vere:
cunctis ornata, venustas, simplicitas, timor insignis, et apertum
efficit disciplina cuius inhiem est. qui sine timore est, non
poterit iustificari.

Capitulum.

De irreverentia.

irreverentia Denique vitium est humili Dei servitandum. cum scriptum sit. cui honorem honorem, et honore invicem praveni- entes. attenditur irreverentia respectu personarum, loci sacri, et Temporis, officii Divini, et rerum eidem officio specialiter ordi- natarum. De reverentia Prelatis aut alij Fratribus status, aut prioritatis, aut dignitatis in ordine gratia, vel ob sacri ordinis gradum, vel pro vita merito exhibenda. sanctorum dicta Patrum, et vera humilitas, que non solum Prelatis et senioribus, verum etiam aequalibus et inferioribus se spontanea subijcit voluntate. plenius docent, et eius oppositum Deestantur, non senioribus tantum, imo et omnibus honorem Petrus et Paulus sentiebatur exhibendum. Deferre humiliter sicut honorem charitatis est. Fraternalis Timentium. conscientia bona. illustris que animi evidens argumentum, vix nisi facio Deferas. cum ipso consistens est, neci sue conventui et superioribus Deferendum. Conventus quidem venerabilis, imo terribilis et castorum acies Christi ordinata. De superiore sapiens ait. in medio Fratrum rector eorum in honore. istis quanto maior est reverentia exhibenda, tanto etiam maioris offensa arguitur irreverentia circa ipsos. sane committendo et obmittendo irreverentia ad ipsos nota contrahitur. committendo si coram eis inordinatum quid- piam deliberate conetur, unde non decet coram conventu in Claustro vel alibi residente sine debita maturitate et hon-estate. quantum ad membrorum et habitus Dispositionem Transire, vel eidem transeunti occurrere, si ab eo valeat comode Declinare, aut humiliter Facere coram eo. quod autem super-eriore y presente agitur minus Religiose vel Dicitur, id sibi Turpius propter hoc, quod mala in eius y presentia committere non veretur, ipsum irrevereri et inhonorare convincitur.

13

10

Magis autem si cum scienter per alicuius insolentiam Facti
vel inprobitatem verbi, temerario ausu molestet. imo De
necessario Doct. beatus Benedictus. quod si qua requirenda
sunt a maiore, cum omni subiectione et humilitate reverentia
requirantur. cum ipso autem Prelato contendere nequaquam est,
et execranda in subdito irreverentia Turpitudine. Denique tam
circa Prelatos quam circa alios cavendum, ne in abstractione
locutione, ac similibus aliquod adeos signum vilificationis
appareat. omittendo notam irreverentiae quis incurrat, quando
senioribus et maxime Prelatis honorem vel obsequium
debitum, aut in obsequio ipso negligit reverentiam exhibere.
honoris quis detrahit si eis humiliter non osurgit, vel eis
astantibus ipse sedet. Si deficientibus in choro, vel alibi
sedibus, locum eis non offert. si eis in choro, in mensa, in sedendo,
eundo, et huiusmodi, si comode potest, non cedit. obsequio
detrahit si haec eorum personis quando salam egent, non exhibet.
si eis in aliquo humili vel laborioso officio in sui presentia
occupatis se ad id faciendum vel coadiuvandum non exhibet,
si quod ad se ex officio pertinet eis ad faciendum dimittit. in
obsequio eorum maxime, qui vice Christi nostrarum sunt
animarum custodes, non est reverentia obmittenda per casum
abstractionem. Cum eis ministramus aut loquimur, quod
per humilem corporis inclinationem, pro loco et tempore,
vel alias per humilem obsequendi modum ostenditur. superbus
autem ut ait Prosper, non observat in obsequio reverentiam.
Stolidis quibusdam Secretum est nulli Deferre. Discretionem
personarum et graduum non curare, curantibus nunc ad
ulterioris, nunc acceptationis personarum crimen impingere,

Namque admodum confusionis amici, vel superioribus de se:
 : erbis caveant, sibi non cavent. Totum enim irreverentia
 vitium pro Religione ostendunt. humilitatem maioribus
 exhibendam, Evangelij sanctis et professionis nostra commendat.
 nusquam tamen ultracolo superbiam alys, seu temerariam
 paritatis usurpationem indulget. seniorum est, ubique vel
 humiliter sentiant, venerationem non appetant, humiles se
 alys ac sociales exhibeant. sapientis est, consilium, quanto
 magnus es, humilia te in omnibus. sapientia vero preceptum,
 qui maior est vestrum. Tral siul minor. et Petrus cum
 Dixisset, adolescentes subditi estote senioribus. pro utrisque
 intulit. omne in vicem humilitatem in sinuale. ceterum
 cum omnibus indifferenter personis humilitas sit quaedam
 Turris. Fortitudinis a Facie inimici. nescio quo pacto tamen
 vis eius maior est in maioribus, et clarioribus clarior comi
 probatur. porro non solum respectu personarum, vel dictum
 est. verum etiam respectu loci, ubi est. Ecclesia, maxime circa
 altare irreverentia est vitanda. circa altare, vel cum ad ipsum
 acceditur, maturior et humilior gestus accedentis et maxime
 ministrantis Devotionem ostendat, nec aliquis cum impetu
 vel inhoneste accedat. in Ecclesia vero cavendum nequamvis
 extra Canonici officij Tempus, loquendo, vel ridendo vel aliquo
 quovis modo minus honeste aliquid Tral in aulam regiam
 ingressurus ad sanctus Chrysost. oculis, incesu, et habitu te
 componis. et in Ecclesiam ingressurus, qua vere est aula
 regia rides. esse etiam factis Tempus, hoc est Dominicis diebus,
 et solennioribus Deserendum, ubi in eis a communi operum
 occupatione cessatur, et Divinis officijs attentius insistatur.
 nam ut ait hugo. Festi Dies aliud studium, et alium modum
 conversandi exigunt. atque alium hi in quibus licet operari
 exposcunt. in illis inquit nos oportet ad celebranda my:
 steria Divina Devotius intendere, atque in orationibus

Diutius perseverare. omnem Denique actum et omnem
motum cordis, et pariter corporis Divino ministerio
mancipare, atque ubi dicitur, quadam conversationis
novitate Festos Dies honorare. in cæteris vero Diebus
in quibus operari licet, nullus omnino alio usus apparere
debet.

Caput 8.

De

Disciplina officij in Choro et extra Choru.

Ad Disciplinam in Divino officio cum in Ecclesia dicitur
observandam, reverentia specialis, Diligentia quoque
et honestas præcipue requiruntur. reverentia tam
interior quam exterior est habenda. interior ut cum
timore et humilitate tanquam Deo visibiliter presente
psallamus. De hoc ait beatus Benedictus. ubique inquit
credimus Divinam esse presentiam, et maxime hic sine
dubitatione aliqua credimus, cum ad Divinum opus assistimus.
ideo semper memores simus quod ait Prophetas. servile
Domino in timore. consideremus, qualiter oporteat nos
in conspectu Divinitatis et angelorum eius assistere, et
sic stemus ad psallendum, ut mens nostra concordet voci nostræ.
reverentia exterior in hoc attenditur, ut devotè inclinetur,
et quando standum fuerit, stetur. Diligentiam in officio
probat strenuitas quadam, prudensque sollicitudo habens
circa necessaria providentiam, et contra impedimenta
Tutelam. Strenuitas corporis inertiam Fugam corporis,
Sormitationes quas pigritudo nutrit, non solum. et quippe
intenta supplicatio Sormise cor mundum velat. Sormitatio

in officio hunc maxime impulatur, et omisi dicitur, restitutione
 officii redimenda. quando manus in sinu tenentur, vel seorsim ap:
 pedando ei occasione praestatur, aut subrepentem viriliter
 non repellit. providentia respectu rerum providendarum et
 dicendum attenditur, ut videlicet libri et alia necessaria ad
 officium praeparentur, tempore oportuno. legenda quoque et
 cantanda studiose antequam viderentur, quantum et quomodo sunt dicenda,
 dicantur. Debitus legendi et cantandi modus est, ut nec nimium
 festinetur, nec nimia fiat aequalis protractio, sed cum paus:
 antibus statim pausetur, ut vox lenius vix inter alios discerni possit.
 cautela Denique est necessaria, ut eorum quae divinum officium
 impediunt occasiones vitentur, ea propter dum officium quis dicit
 non debet studere, aut per libros respicere, aut alicui si vitari possit
 occupationi vacare, indignum quoque est, in divinis officiis vendendis
 iudiciis et tractandis intendere. honestas in choro in exteriorum
 gravitate, in corporis decenti et uniformi dispositione accipi potest.
 sane in populo gravi laudatur, sed: gravitas autem inquietudinem,
 dissolutionem et tumultum excludit. inquietudo in modo mem:
 brorum consistit, sive capitis in circumspicendo, sive oculorum
 in circumspiciendo per chorum vel alibi, ad librum potius et psal:
 misupialia tenendis, sive librorum folia curiose volvendis, aut
 per chorum trivolis occasionibus inventis discernant. Dissolutio
 vero in verbis, aut risu quibus in choro vanissimum est. Dissolutio
 et in cantu considerari potest, nisi quis punctos in nota nunc dimin:
 uendo, nunc pro suo libitu addens muliebriter, frangat, aut in falsum
 extollat, quod cunctis, et maxime novis fratribus omnino impetrens
 est. Tumultus in choro per voces susurrum, per impetritabilem
 struendi seu excreandi, seu per impetritabilem elevationem vel de:
 positionem sedilium fieri solet, quam huiusmodi in choro susurrum
 psalam est, nescit tamen indisciplinatus et levis lubricam
 linguam a stabili vel mutationibus cohibere. sedilia vero
 debent non passim cum pede, sed cum manu elevari et caute deponi
 ne aliquis ex hoc sonitus in domo dei audiat, in inclinatione,
 ut uniformiter apud omnes sit. Temperativa, devota, sufficiens, et
 honesta. Temperativa quidem, ut inclinatus surgens et elevando

sedile, tempus vel paululum inclinationis preveniat. ut ex. g.
quando post psalmum fuerit inclinandum, versus ultimi Fine
iam accedente surgatur, quatenus deinde libere inclinetur,
vel certe inclinationem sedis apostatis subsequatur, in inclinatione
vero debet devotio apparere, ut fiat humiliter, et profunde.
non est devoti sed rigidi rigido stante corpore tenui motu corporis
inclinare. est enim corpus de pressis saliquantulum renibus
ne capiti coequante, adeo dimittendum sub ipsum. Tere super
genus brachy interpositis reclinatur, extra chorium tamen
ad officium plane dictum minor sufficere possit inclinationis profunditas.
honestas quidem in corporis manuum et habitus decet. Dicitur
prohibitione consistit. quantum ad habitum, maxime ut caput
caveatur, ne aperta fronte super oculos defluat inclinans.
pulchra valde uniformitas in conventu, ubi debent et mores
et animi convenire. unanimes uniformitas in conventu decet,
quo in moribus et verum unitiva uniformes ordinat et decorat.
si quando extra chorium officium dixerint. Diligentiam nihilominus
et honestatem praedictam in quibus poterunt studiose servare
debent. ut dimissis omnibus quocumque in manibus fuerint.
stantes cum reverentia iuxta traditionem ecclesiastica disciplina
creatori suo debitas cum devotione laudes exolvent. sane in officio
dei curanda ubique magnopere reverentia et honestas est, cum
ubique fide eadem eius cui bene loquimur, et asserimus deitas et
mpeitas. tanto enim amplius reverentia et diligentia studium
divino debetur officio, quanto id deo immediatius exhibetur.
cura officii diligens maxima status integritas, neglectus officii
maxima vita corruptio, maxima religionis deformitas est.
nemo dei se ardet servum, si dei solissimum negligat servitutum,
quo a proprio vocabulo dei servitium nuncupatur.
debent esse officium distincte, continue, integre, et ordinate,
distincte, ne verbum maritandis, vel exilibus proferendo,
vel nimium festinando dicenda confundant. continue, ut
interruptiones in eo non fiant, aut interloquendo, nisi in necessitate
cogente, et hoc psalmo vel oratione vel quocumque alio modo

Tunc fuerit in dicendo completis, nisi psalmum vel orationem
 quem interrumpi contingit, continuo a capite repetendum, aut
 inter psalmum et psalmum moram notabilem faciendo.
 integre dicant, ubi de dicendis nihil omittant. ordinate
 denique officium ipse substantia Tempore, et modo et omnibus
 exequi studeant, pro positiones, implicationes, vari-
 variationes facile non admittant. Tempus quoque congrue
 seruent, nec facile propter necessitatem diurnas horas,
 siue primam, siue completorium saltem canonicum, siue
 alias in nocturnas convertant. congruus ordo est in omnibus
 ubique provide disciplinato servandus. ordinatum
 apertum ordinis decor, et copiosum et condelectabile in ordi-
 nati animi est, etiam in exterioribus ordinem non curare.
 et tamen ordinationis religio attentionem excitat et affectum.

Capitulum 9.

De

Disciplina in gestu membrorum.

Circa disciplinam in gestu, qui modus et figuratio mem-
 brorum et corporis dicitur, duplex est custodia adhibenda.
 prima est, ut unum membrum alterius officium non usurpet,
 aut eius ministerium sui admixtione confundat. si os loquitur,
 caput non agitur, manus non moveatur, et sic de alijs. ut
 dum alterum membrum operatur, alterum quietum omnino
 permaneat, aut si opera eius necessaria illi esse cognoscuntur
 ad operandum, ordinate moveatur. secunda est custodia dis-
 ciplina in gestu. ut quodlibet membrum in eo quod facit,
 debitum modum teneat, nec temeraria limitem aut
 honestatem excedat. hoc est, ut in saucis exerceamus.
 ridere sine aperitione dentium, videre sine defixione
 oculorum, loqui sine extensione manuum, sine contorsione
 labiorum, sine iactantia capitis, sine elevatione supercili-
 orum, incedere sine modulatione gressuum, sine ventilatione

brachiorum, sine gesticulatione papularum, iacere sine
Deiectione membrorum, sedere sine alterutra superiectione
pedum, et sine alterutra accubatione laterum, sive Divar-
iatione seu Dilatione crurium, sine extensione vel agitatione
Tibiarum. nempe honestum et humilem Fratrem Femori
suram imponere, vel pedes, salameancalaze non Deceat. gestus
Religiosi Debet esse humilis, ^{verus} et gravis. est enim raris:
hehribilis gestus, si superbiam, si molliem, qua nunc per
lasciviam hilaritatem Dissolvit, nunc per nimiam Deiectionem
infatuat, aut si etiam levitatem prelatat. Tunc risus est in
humilitatis professione superbia. Tota propterea in humili
habitu Fastuosa gesticulatio. est in alijs membrorum
corporis, sive oculorum, sive oris, sive brachiorum, manuumq;
officij disciplina spudendum. amatores igitur honestatis
oculos ab inordinata evagatione et exaltatione in mensa
et in Choro precipue Diligenter custodiant. scripsit enim est
enim. oculi glulorum in Finibus terra. et Dilatatio
cordis est exaltatio oculorum. levat quidam propheta
oculos ubi petat auxilium, Dominus ubi impendat. tu quoq;
silocum, causam et tempus considera, tua vel Fratris
necessitate oculos levas, plurimum laudo. hoc enim
excusat miseria, illud commendat misericordia. si alias
non propheta, non Domini, sed Sine, aut Eva se imitat:
:orem Sixerim. non sint in risu Faciles, nec in voce clamosi.
Cachinnus precipue gravitatem Religiosi plurimum
Dehonestat. vile propterea religiosum virum ut puerum
cachinnare. non licet religiosum virum Dissolutis labijs
risum proferre, sed hilari vultu cordis hilaritatem
prebendere. in Datione pacis labia semper claudant,
quibus apertis huppiter exhibetur, nares non in aliorum
aspectu, sed ad partem cum duorum tantum aut trium
appositione Digitorum emungant. seorsum etiam spudendum
est maxime in conventu, ne loca publica sive in Choro

sive alibi spuito Toedentur, et obstantium oculi offendantur.
 à notabilibus corporis seu membrorum extensionibus
 quocumque sita hinc, vel alia non sine quadam in hon:
 estate fieri solent omnino abstinenda. Hinc enim sunt
 corpus et brachia comprimenda, nec cum huiusmodi pigritia
 extendantur. honesto incongruum viro pigra membra. Disti:
 Tensione resolvi. Dissolutiones. Tugiant manuales, grandia
 namque causant pericula. soletque luctus ludo accidere
 corporali, et post comestionem precipue se à iocositate
 notabili et multiloquio studeant Temperare. si quidem
 licet omni Tempore Dissolutionis levitas sit vitandum,
 post refectonem tamen vel alias cum solo Fratre furcius
 agitur. ad hoc aliam quampiam prater necessitatem ad
 cingulum, vel manum accipere, Flores, Fructus, vel
 baculum in manu otiose gestare, cingulum inter Digitos
 voluendo rotare, honestati non consona. imo lapsivice
 signum quoddammodo gerendum. in lecto se honestissime
 staccendo componant, nec supini iaceant, nec genua le:
 vando calcaneos aut tibias iungant. hoc est similia non
 sunt ut minima temere aspernanda. clara nonnunquam
 conversationis insignia quodam in minimis obfuscant
 ineptis. plerumque modicis sauletim per incuriam
 maculis, tota morum congeries inquinatur, et mortificata
 membra, et gestus mortificatos secundum christolum
 super Terram Debent habere.

Capitulum.

De
 Disciplina in modo loquendi inter Fratres et
 mundanos.

Disciplina loquendi tam in modo et provida quando
 loquendum sit Discretione, quam in verborum religiositate

attenditur. modus in gestu et sono considerari potest. loquentis
gestus Debet esse modestus, et humilis, sonus demissus et suavis.
modestiam Debet habere gestus loquentis, ut nec inordinati,
nec turbulenti inter loquendum membra moveat. nec
oculorum nutibus, labiorum contractione, vel altero
non decenti alteratione modo, vultus honestatem Deformet.
aut Faciem ipsam molitiae quadam resolvat humilitatis
ostentus, sed in eadem vultus constantia semper permanens.
severitatem benignam et constantem et quodammodo rigidam
benignitatem ostendat. in Facie siquidem hominis speculum
Disciplina relucet. cui tanto maior custodia est adhibenda,
quanto minus quod in ea peccatum fuerit celari potest.
vel et quoque loquentem gestus modestia, ne si hominibus
notabili quadam supplicationum profunditate incurvet,
aut eius cui loquitur vultui nimis instet, ne in honeste
quidem in eius Faciem halitus aspiratione insufflet.
aut halitus ipso, sorsum potatum maxime narium
sensum offendat. loquentis halitus vultui auditoris et naribus
vitiis proferri ingeritur. Debet etiam gestus humilitatem
super modestiam vultus hilaritatem ostendere. sonus
Debet esse demissus pariter, et suavis, quia clamoritas et
verborum asperitas, locutionem religiosi plurimum
quidem Deceat, et Deturpat. Discretio quando loquendum
sit necessaria est. quia ex ore Falsi etiam parabola
reprobatur. quia non dicit eam in Tempore suo. sapiens
quando loquendum, et quando tacendum sit, prudenter
considerat. est autem iunioribus Fratribus semper Teret.
inter seniores ad interrogationem tacendum. adolescens aut
serius loquere in tua causa vitae cum necesse fuerit. si
bis interrogatus fueris, habeas casus responsum tuum.
sile etiam a bonis Prophetis. ergo quamvis De bonis et

sanctis, et edificationum eloquy, perfectis. Discipulis rara
 conceditur, loquendi licentia. nam loqui et docere mag:
 istrum condecet, tacere et audire Discipulo convenit. lo:
 quente alia non loquantur, aut verba unquam loquentium
 interrumpant. nec mordaci vel importuno insultu soci:
 orum locutionem impugnent. Stultorum enim hoc est,
 quod nec lingua parcere nec socijs desere noverunt. religi:
 ositas debet in locutione servari, ut si sermo veridicus,
 purus, honestus et dulcis. De veritate sermonis sapiens
 dicit. ante omnia verbum verax procedat. non solum
 mendacis, et quae criminosa sunt, verum etiam locutiones
 hyperbolicas, et aliqua duplicitate notabiles penitus
 vitent. loquentes de Dubijs aut Futuris nunquam absolute
 loquantur, sed in huiusmodi omnibus semper conditionem
 apponant. si in ad responsum tardi, ne per in consid:
 erationem. Falsum aliquid vel indisydinalum proferant
 verbum. Debent etiam iure loqui, ut in eorum verbis nec
 iactantia, nec detractio vel malitia alicuius aut vani:
 talis admixtio valeat inveniri. nunquam de scientia vel
 de saeculi statu se iactent. erubescant dicere de absente, quod
 cum charitate non possent dicere coram ipso. unde sanctus
 Benedictus ait. murmurare aut conqueiri ante omnia neficiant,
 ne murmuratio in malum pro qualicunque causa in aliquo
 qualicunque signo, verbo, vel significatione appareat. in
 verbis suis aut literis, si quis aliquando dirigitur, sicut illis
 vel adulatorijs non utantur blandijs, sed tamquam Religiosis
 suam breviter et veraciter intentionem exponant. honestatem
 habeat locutio, si et illius qui loquitur, et illorum quibus, vel
 de quibus. Nil sermo conveniat dignitati. rursus indignum
 penitus sermo dei est muliercularum more contendere,
 si resistente incidant verba, cedendum continuo resistenti.
 honor est homini, qui se se a contentionibus nunquam
 discendi ut dicitur, gratia litigent, scientes ad se verborum

contentiones nullimodo deinceps pertinere, non potest esse,
quin contentio aliquid quod contra conscientiam dicitur
extorqueat. ergo inter Dei servos collatio non altercatio
esse debet, & verbum est maxime si a se damnable ad
iniuriosum vel maledictum verba, quae secundum apostolum
a Dei regno excludunt, os Religiosi laxetur, aut Diaboli
nomen ad invectionem assumat, vel in communi locutione
Frequenter. sicut quaedam quae levissima putarentur, si
non in scripturis demonstrentur opinione graviora.
quis enim dicentem Fratri suo reum gehennae putaret, 120
nisi veritas hoc diceret, nihil etiam inter Fratres
Fratres seminant, quod infirmos animos dissolvere, aut
hurbare valeat. reus est deo et ordini, qui temerario
dissidia verbo conscientiam percutit infirmorum.
propterea sive Fratri, sive extraneo, sive magno, sive
parvo loquuntur, semper in ore verbi dulcedinem
habeant, omnem ad omnes secundum christolum mansuetudinem
ostendentes.

Disciplina vero inter mundanos observanda est, ut tarde,
caute, ac demissa voce loquantur, Tarde ubique ad
interrogationem taceant, et responsionem seniori relinquunt.
caute, ut cum praemeditatione loquantur, ut primo bis
ad limam, quam semel ad linguam veniat sermo, ne forte
dum sapienter et bene respondere se putant, aliquid et
quod omnino sibi non oportet alii dicant, secreta ordinis
quae tunc unquam Religioso, vel Familiari non recedant.
nec statutum aliquid publicent, nisi quod forte comodi
caelari non potest, & pessimus laudandi modus est, si ipsum
cum aliorum iniuria praedicare. pessima vitii corruptela
Detractio, quae animam maculat, Deum offendit, proximum
scandalizat, et quia ut scriptum est sermo obscurus in vacuum

non ibi, et Turbulentis mormurationem non abscondetur,
 his coram quibus Detrahitur, scandalum excitatur. constat
 autem ut sanctus loquitur, ubi veritas in causa necessaria
 non est, nec licite scandalum a quolibet posse committi, nec
 iuste percipi, nec innoxie consentire. si De personis absen-
 tibus, praesertim Religiosis sinistre aliquid suggeratur,
 semper pro absentium parte loquentes, nullo modo ad
 Favendum DetraCTORIBUS inclinentur. caveant etiam
 ne sint rumorum licet bonorum et verisimilium Delatores,
 Religiosos viros passim rumigerulos esse non Deceat. Falsitas
 quae frequentissime rumoribus inest, vel quod per
 secundarios Delatores apponitur, primis eorum auctoribus
 imputatur. hinc enim illud, rumores Fuge ne incipias novus
 auctor haberi. sint in locutione honesti et serii, nec se in
 secularibus et ad risum moventibus verbis saeculares ospen-
 sant. seruum Dei De De loqui Deceat, ut Fidei quod serium
 est. si quis loquitur, quasi sermones Dei, alioquin verba
 vana mentis aperient vanitatem. ex abundantia cordis
 os loquitur. circa vocis sonum in locutione attendant, ut
 sit demissus pariter et suavis, vitiosissimus plane
 religiosi loquendi modus, si notabiliter suam in loquela
 communi vocem exaltet. sufficiens autem quod proxime sibi
 astantes possint loquentis intelligere verbum. sapientis
 est loqui suaviter et demisse. proinde honesti Fratres
 ubicunque fuerint Religiose semper in quibus poterint ac
 si essent in Fratrum collegio cum silentio sui observatione
 permanebunt.

Capitulum II.

De

Disciplina in hospitio servanda.
 in hospitio domo cum fuerint studeant se in omnibus

gerere humiliter ac prudenter, circa custodiam disciplina.
humilitatem erga personas in conversatione ostendant.
personis maioribus humiliter deferant, personis hum:
ilioribus et pauperibus socialiter et benigne loquantur.
conversatio quoque signum aliquod superbia non ostendat.
nunquam ad prima se ingerant loca, nec tamen ad ea vocati
proorsus refugiant. senioris tamen Fratris quem semper in
omnibus honore servato proponere debent. habenda est ubique
prudenter circa spectata et cautela circa personas, loca,
negotia, et res quas reponenda habuerint unde christolus
ait. in sapientia inquit ambulat ad eos qui foris sunt. et
Dominus. cavete dicit ab hominibus. caute ergo in disciplina
censura, non solum in publico, verum etiam in privato se habeant.
circa personas ut se nimis hominibus, quantumcunque familiares
aut proproqui fuerint non committant. attendant sibi in omnibus
quae dicuntur et faciunt. spiritualis ille qui omnia diiudicat,
et ipse a nemine iudicatur. omne opus suum brina quaedam
consideratione praeveniet. primum quidem an quod pro suum
liceat. Deinde an debeat, propterea an expediat. in omnibus
semetipsum sicut Dei ministros exhibeant. sint in aspectu
et omni actione serii, Religiosi et modesti, sicut sanctos.
Sed et congruum inter homines modum discretio personarum
status et qualitas hominum, Differentibus Differentiam
exigit conservandi. habet se prudens cum Differentibus
Differenter, cum omnibus tamen caute. erit simplex non
stolidus, humilis non derisus. affabilis non vaniloquus
aut seurrilis. qui nimo inter se sapientis, quod si res exigat
a rigore interdum remittit. modum tamen modestiae nec
in ipsa remissione dimittat. censura gravitatis potest
remitti pro Tempore, non dimitti. imputanda tamen remissio,
ubi nulla decetia vel utilitatis intentio est, prudens
Domini pro se pro utilitatis Fructum ex sua remissione
offerre novit. ad hoc quoniam attendenda est honestatis

Congrua personarum honestas, honestioribus semper ad-
 hereant. mulierum tam propinquarum quam aliarum
 caute prout poterunt, societatem declinant, earumque
 familiare nimis obsequium et tactum omnino refugiunt.
 nudam autem mulieris manum tangere, ad eius caput
 vel corpus ubilibet absque necessaria causa manum
 extendere evidenter ab omni prorsus religionis honestate
 quis dubitat alienum. Locutio disciplina requirit,
 nunquam mulierem quantumcunque affinitate coniuncta
 sive sororem quantumcunque iuvenile, nunquam etiam
 facile matrem propriam osculentur. Fugiant omnino
 feminea oscula milites Christi, cum osculum etiam viris
 offerri non deceat nisi forte ubi de proprio patre
 vel alij honestis personis, moris ex tactu sine scandalo
 vitari non potest. Religionis personam religionis honestas
 os indifferenter osculis communicare non patitur. Denique
 periculum anime mulieris habetur societas igitur, ut
 quidam sanctus docet, ubique gestanda est cum mulieribus
 non continuanda presentia, sed quasi transeunter feminis
 exhibenda est accessio quodammodo fugitiva. Tutius est non
 posse perire, quam iuxta periculum non perisse. illum
 autem nec honestum esse, qui mulierem aut tangere aut
 tactum eius admittere non abhorret. quomodo tangere
 licet, quod inhueri non licet. ad custodiendam cordis munditia
 exterior quoque sensuum disciplina est servanda. loca
 qui periculi vel suspicionis materiam dare possunt
 caute declinant, nec soli cum muliere in locis huiusmodi
 ad horam morentur, qui autem cavet laqueos seque-
 rit, qui autem non cavet, aut stultissimus est, aut perverfus.
 nec eius excusatio admittenda est.

Capitulum.

De

Disciplina circa Comestionem.

honeste se Debeat habere, ut dum comedunt aut bibunt
sedeant, membrorum agitationem et quorundam anhelationum
vel labiorum Tumultum quo animi notant intemperantiam
vitent. oculorum custodia inter epulas necessaria est,
quia non Debet, ut vagos, neque curiose oculos habeant, et
linguam Tempore silentii a locutione cohibeant. in cibo tam
in qualitate quam in quantitate ipsius quam in modo moras
aut Frequencia comedendi Disciplinam observent. in qualitate,
ut nunquam yretiosa aut Delicata, nunquam ciborum aut
preparationum Diversitates affectent, ypsium ad Delicata
palatum. curiositas, quaedam honestatis portio
Seculari. ut v. g. si quis ex vitio meliora de communis portione
et eligat. ut quod in pane saporius, vel in alys videbit melius
ipse sibi accipiat. si a maioribus panis Frustrum accipiat.
minoribus si ad finit licet minus Delicatis. sine rationabili causa
Dimissis, cum panis vel res alia quanto magis ad integritatem
accedit, tanto ad mensam ipsam valeat honestius reportari.
si ad maiorem saporis Delectationem in pane inveniendam,
ipsum in ordinale. Transendo, circumcidendo, vel micatenuis
exerustando Deformet. si longum et interpolatum Faciat haustum.
si falsam communem panis ypositione consummet. aut eam
incongrua toto vase transverso, vel circulari venatione vendicat,
cum sit magis in medio intingendum. si enim apud honestos
quosdam in saeculo insulatur, si corrosionibus ossium curiosius
insistat. aut carnes per magnos notabiliter bolos propter
exigentiam seinda vel edat. aut dum seindis, se ipsum imediate

Morfellum ardequam in communi loco pro fueris proprias, a
 meta communi iuxta vulgare proverbium non curando Dis:
 : crepas, aut tactu more pro salponis electum post tactum
 relinquant, vel simile quidam acites. sic Religiosus est
 indecens, si in his que sibi pro Tempore conveniunt cibis
 notam gulositatis non vitent. in super Diversitas respectu
 cibi et preparationum vitanda est, nihil ad mensam spe:
 : ciale apportent, vel in mensa requirant, privandus com:
 : munitibus qui specialia in communitate utitur ab communi:
 : bus sicut dicitur esse contenti. os suum ad omnia que
 aly comedunt assuecant, ut si fieri solet nullum omnino
 repudient seu abominentur cibum. grande vitium est
 si potagium et communia res quas sub in specialibus
 laudius preveris. excessum etiam in cibis et maxime potus
 quantitate vitare debent, ut craspula vel satiata nimia
 non subrepat. nihil sic contrarium omni Christiano que:
 x moro craspula dicit sanctus benedictus. amplius quoque
 qualiter hoc est, quam decenter, munde ac temperate
 sit comedendum attendant. Decentia detrahunt, qui cibum in
 ore habens, vel cythum in manu detinens loquitur. qui
 in manu armata cultellum habente, cibum ori ministrat.
 vel ei nondum expedito a cibo, potum nihilominus ingerit.
 mendicant debent ad proprium et sociorum cibum et ad
 mensam ipsam super quam comeditur observare. Foede
 Teorum reliquias Dentium alicui cui libet cibum imites.
 nunquam cythum cum digitis, potagio vel alio quolibet
 madidans accipiant, aut pollicem poculo immergant.
 nec super potum in cytho vel super cibum quem libet
 sufflent. indecenter agitur si digitos quis immittit
 potagio et cibos nudis articulis coelestis vice nisi fiat
 si superfluitates piscium et similia ex ore proeant super
 mensam. vel nucis alyque sibi Frangilem Dentibus. si
 nequam manum in mensa naribus emungendis vel carni

nuda se alpende apponit. vel manum ipsam ad vestimenta
De tergill. cavendum quoque est, ne quis ante Faciem
circumstantium Fratrum pro alyis necessarijs quae a
Fratribus traditae sunt manum super mensam extendat,
eorum cibum cum manibus seu habitu suo tangat.
se intendit se hanc panis sectori seu vesti communi non
est sine interpositione loci applicandus. munditia
mensae requirit, ut mensale nequaquam. Frequenti
vel superflua De terfione cultae vel manuum Debur se hanc.
per hanc maxime Dentibus nullatenus exponendum. Foedum
et vile magis est manutergia Fratrum communita Dentium
Fricatione Foedere. Temperantiam manducandi ait hugo.
intelligimus in eo, quod si homo brachium et non cum nimia
Festinatione comedit. Festinato in inchoatione et propectione
attenditur, quando videlicet in initio mensae statim absque
orationis alicuius pro ambulo ad cibum manus extenditur,
aut cum quadam voracitate comeditur, si prius cibum ori
ministras quam alio sumpto. Tu exi ex rebus. ceterum
per morosam comestionem congregationem De tenere ad
mensam, aut si quando extra Conventum bibitur, iuxta prohem
moram contrahere non est Decens. hinc per sayrientem sobrius dicitur
causa prior causa Disciplina in comedendi et bibendi
Frequentia servanda est. Diligenter temperantia Disciplina
Disciplina. sane post refectonem ad prohem redire, aut
per diem in domo ex vitiosa consuetudine, aut quod heptius
est post completorium bibere, non mediocri vitio notam
habet. honestius ad mensam quantum indiget bibis quam
bibendo per diem maxime morum geris. sed comedat et
bibat unusquisque pro sua arbitrio voluntate, quantum
necessitati sua melius sibi nota quam alyis videtur expedire.
nam si quidem extra duas vias in die nisi necessitate
cogente in domo vel extra comedere per nos in nos procedunt.

a Fragmentis et reliquis caveant, sed de pane et alijs ita
 sibi provideant, ut mensuram, ut coram se vix micam relinquant.
 in potagio tamen id sibi pauperum et temperantia gratia
 sub habentes interdum aliquid honeste relinquant. nun:
 quam pro buccella ut dicitur, panem hunc integrum
 seindant, si apud socios Fractum inveniant. Et debent
 sobrius, quamdam temperantia legem in ipsis etiam
 necessarius observare.

Procius quoque decet, ut cum extraneis comedentes hon:
 est se habeant, ut nec in cibo, nec in modo comedendi, aut in
 alijs quae disconvenient fuerint mensam, ut est verborum
 multiplicatio, aut exterior corporis vel habitus dispos:
 itio inhonesta possint. De irregularitate notari: circa
 cibum attendant, quod propter quantitatem aut qualitatem
 De gula vitio iudicari non possint. De primo sapiens ait.
 utere quasi homo. Fugit his, qui tibi apponuntur, ne dum
 multum manducas odio habearis. unde inter seculares non
 expedit appositam semper portionem totam comedere, aut
 penitus evacuare se ubi illam. Forte id magis homines
 voracitati quam necessitati attribuant. inter cetera enim
 semper temperantia circa potum habenda est. turpissimum
 est, si de nimia potatione notentur. Religionis quoque
 insignia referens, meriboli nomen ignominiose sortitur.
 hoc vitium hominem coram Deo et hominibus vilem reddit.
 ad potum huius vitii fugiendam cavere debent, ne post refe:
 ctionem etiam vinum sepius offeratur, frequenter bibant.
 aut postquam in communi potatum est, sordum sine ver:
 gente necessitate potum in privato requirant, nec omnino
 quod potus ubi dormitur, remaneat, sabiantur, studeant
 ergo in cibo et potu sobrietatem servare, sicut servi Dei
 et religiose viventes decet, nam sicut omnes cupiditates
 carnis abstinencia respiciantur, ita omnes virtutes et ac:

Talis vitio destruentur, immundi spiritus se sibi inyeiunt
ubi amplius vident cibum et potum circa faciendum
multum attendere sibi Debetne videlicet cibos appetant
Delicatos, nam qui vinum et pinguis diligit, nunquam
in virtutum possessione habiturus, qui de religione
censeatur, modestiam Debet religionis habere, ut sibi temper-
antia speculum aliorum spectet oculum Facti sumus opundo,
angelis et hominibus. Felix abstinentia quae palato imperat
Delicatos. Debet vas celestis gratia mancipatum a saeculi
illacebris abstinere, non erubescant aquam pro vino petere
si habuerint temperando, quin potius erubescere Debet
si vinum biberint nimis. Forle. aquam requirere et minus
limphato vino vel modicum semper prohibentis necessitate
apponere Deo placeat proximum edificat, Religiosum
honestat, anima simul et corpori est salubre. ~~verum~~
verum quam huius sit Religiosis cibaria querere lautiora
et appositis non esse contentos, et de modo preparandi cibum
disponere, aut quomodo preparetur, requirere, potum
vel cibum aliquem in specialiter laudare, ut Deinde
amplius apponatur, quis sane mentis ignorat, ^{hoc} esse
conueniens. moram in mensa Facere religiosum non est,
caveant ne alijs a comestione cessantibus ipsi comedendo,
vel loquendo mensam delinquant, cum non sit hominum,
sed magis praevidum super mensam ruminando diutius
immorari. ad hoc ubique ut ait sanctus. Teneanda est lingua
proceps maxime in convivio, ne scilicet ad loquendum
superflua vel indiscrete laxetur. Taciturnitas autem iugo
inlet, epulas idcirco necessaria est, quoniam lingua quae
omni tempore ad peccatum prona labitur, periculosis
tamen cum per terzulam inflamata fuerit ad loquendum
relaxatur. Discretionem in verbis eadem ibi per suadet rapis.
super mensam autem cum socio loqui aut eam iditerariis

Latinis ibidem verbis ubi non decet. oportet etiam Dis:
 ciplinam in corporis et habitus Dispositione servare, ut
 comedentes non a propinet supra mensam vel accubitando
 vel aliis quocunque modo inordinata se gerant. ceterum
 Religiosos de mensa aliena viventes, ibi patris familias
 in domo gerere vires, canes vel murilegos de mensa pas:
 cere benedicta, a quononnulli etiam abstinere seculares
 non congruit.

Capitulum.

De Paupertate Religiosorum.

Est etiam paupertas virtus et perfectionis integritatem
 necessaria in tantum, ut nullus sompni sine ea possit esse
 perfectus teste Domino, qui dicit in Evangelio. si vis perfectus
 esse vade et vende omnia quae habes et da pauperibus.
 cum enim supra Evangelica perfectionis consistat in excellentia
 paupertatis, credat se non apprehendisse perfectionis arcem
 qui nondum imitator perfectus factus est Evangelicae paup:
 tatis: ait namque hugo de sancto victore. quicquid perfectionis
 in Religiosis reperiri poterit, nec tamen estimetur per:
 fectionis integritas nisi diligatur paupertas. secundum autem
 duo quo quolibet Religiosum hominem movere debent
 ad amorem paupertatis, primum est Divinum exemplum,
 quod est irreprehensibile. secundum est Divinum promissum,
 quod est inestimabile. primum dicitur quod Famulum Dei ad
 amorem paupertatis movere debet, amor Domini nostri
 Iesu Christi, ipse enim fuit pauper nascendo, pauper
 conversando, et pauper moriendo. vide quale exemplum
 paupertatis tibi reliquit, ut suo exemplo efficiaris amicus

Paupertatis. pauper fuit Dominus Iesus Christus in tantum
ut non haberet hospitium, nec vestimentum, nec alimentum.
sed pro hospitio habuit stabulum. pro vestimento vilem
panniculum, pro alimento lac virginicum. item et apostolus
hanc paupertatem considerans, suspirans, exclamavit ad
Corinthios dicens. scitis gratiam Domini nostri Iesu Christi
quicquam esset dives, pro nobis egenus factus est, ut eius
inopia divites essemus. et beatus Bernardus
dicit. bonorum omnium aeterna affluentia super se habet
in caelis. sed paupertas non inveniebatur, in eis, pro in terris
abundabat, et superabundabat haec species, et nesciebat homo
pretium eius. hanc itaque Filius Dei concipiscens descendit
ut sibi eam eligeret. nobisque sua estimatione faceret pretiosam.
praebuit etiam se nobis in exemplum paupertatis Dominus
noster Iesus Christus, conversando in mundo. audite omnes qui
profecti estis paupertatem. quam pauper Filius Dei
exhibuit Rex angelorum dum vixit in mundo. in tantum fuit
pauper, ut aliquoties hospitium habere non sciebat. sed
cum suis discipulis extra civitatem et villas dormire
oportuit, propterea dicit beatus illi evangelista.
circumspicite omnes cum iam vespere esset, exiit in
bethaniam cum duodecim. super hoc per bo dicit gloria.
circumspicite si quis eum in hospitio suscipiet, quia tanta
erat paupertas, et ita nulli adulatus, ut in tanta urbe
hospitium non inveniret. et illa dicit. vulpes foveas
habent et volucres caeli nidos. Filius autem hominis non
habet ubi caput suum reclinet. De tanta paupertate
exemplis loquitur beatus Bernardus dicens. videte pauperem
Christum natum sine hospitio, racentem inter boem et asinum
in praesepio, involutum vili panniculo, fugientem in aegyptum,
sedentem in asino, pendente nudum in praesepulo, qui rigibus
Christianus, quis ille despectus, religiosus qui ad huc divitias
amat, qui paupertatem desestetur, cum videat et audiat

13

Deum Deorum et Dominum mundi, Regem cali, unigenitum
 Dei tanta paupertate sustinuisse defectum, omnem itaque
 sollicitudinem vestram projicite in eum, quoniam ipsi cura
 est de nobis, cum igitur, si tanta Dei patris circa nos sol-
 icitudo, tanta sit sibi cura de nobis, mirum videtur, cur istis
 rebus, curiosis et defectibilibus tanta occupatione sollicitamur,
 certe alia causa non est, nisi quia affectione nostra longe
 recesserunt a Deo salutaris nos, alia causa non est, nisi
 quia fervor divinae charitatis restiguit et congelatus est in
 nobis. certe si essemus, Te, venite omni nudum Christum
 sequeremur. nam homines cum magnum calorem habent
 consueverunt se denudare et exsoliare. signum magno
 frigiditatis est, in nobis, quia ita attrahimus nobis ista
 ista temporalia. o Deus meus! quomodo possumus ita
 furiose contra te, qui exivit de terra sua, id est, de calis,
 et de cognatione sua, id est, de angelis et de Domino patris
 sui, id est, de sine patris, et factus est, non nobis pauper,
 abiectus, et despectus, et nos volumus pro eo miserum et
 foetidum mundum de relinquere, corpore quidem relin-
 quimus mundum, sed spiritus heu totum cor et tota mens
 totum desiderium nostrum occupatur, et absorbetur a
 mundo. o famuli Dei recordate paupertatem Domini
 nostri Jesu Christi, imprimite cordi vestro paupertatem
 Patris nostri benedicti, et toto studio, toto conamine
 inherete paupertati, paupertatem Dominam amplectite,
 nec sub celo aliud pro nomine Domini velitis quam
 paupertatem. non honorem, non divitias, sed paup-
 eritatem sanctam quam vocatis cura. Firmiter observate.
 Divitias enim habere et amare infructuosum est, amare et non
 habere periculosum est, habere autem et non amare laboriosum
 est. si autem vos ad contrarium converteritis, si paupertatem
 quam professi estis contempseritis, omnium bonorum tam
 temporalium quam spiritualium egentes eritis. igitur
 nec habere divitias nec amare utile est, securum et sceler:

Tabile et actus virtutis perfecta est. ideoque consilium Domini
De paupertate, quam exemplum omnem Christianum movere
Debet et accendere ad amorem paupertatis. o quam beatam
paupertatem! quam amabilem Deo, quam fecerunt Deo
in mundo redit amorem huius. quoniam ut ait Gregorius,
nihil habet in mundo quod diligit, nihil est in mundo quod
perhincit. secundum, quod ad amorem paupertatis nos accendere
Debet. Si vinum promissum, quod est, inestimabile. o Dives
in omnes! o bone Domine Iesu! qui potest digne verbo exprimere,
corde percipere, manu scribere illam celestem gloriam
quam huius pauperibus te habuerunt promissisti. ipsi enim
paupertate voluntaria merentur gloria conditoris.
assistere. ipsi merentur intrare in potentias Domini
in illa eterna tabernacula. in illa splendidissima mansione.
ipsi merentur fieri cives illius civitatis, cuius artifex
et conditor Deus est. tu enim ore tuo benedictio promissisti
eis dicens. beati pauperes spiritu. non aliud est Domine
regnum colorum patris huius, qui es Rex regum et Dominus
Dominantium. te ipsum habuerunt in promissum, in mercedem,
et in gaudium. ipsi te fruuntur, et in te gaudent et
satiabuntur. edent pauperes et saturabuntur, et laudabunt
Dominum et amen.

Capitulum 14.

De necessitate silentij

Non mediocriter cooperatur ad perfectionem religioso
homini virtus silentij, quia sicut in multiloquio non
Deerit peccatum. sic breviter et raro loquens ad hoc
valet homo cavere sibi a peccato. pro nimia loquela
Frequenter sequitur iniuria tam Dei quam proximi.

sicut ex silentio nutritur iustitia. ex qua velut ex quodam
 arbore colligitur Fructus pacis. unde cum claustralibus
 pacis summe necessaria. valde necessarium est eis silentium.
 propterea gratia prophetarum virtutem silentii considerans ait.
 erit gaudium iustitiae pacis, et cultus iustitiae silentium. quasi
 diceret. tanta virtute est silentium, quod in homine con-
 servat Dei iustitiam et inter proximos pacem nutrit atque
 custodit. nisi homo diligentem oris sui adhibeat custodiam
 bona gratuita quae habet cito dissipat, et etiam in multa
 mala corrumpit. lingua quidem ut beatus iacobus in canonica
 epistola sua dicit, modicum membrum est, magna exaltat et
 sequitur. lingua nostra ignis est iniquitatis universitatis.
 ubi dicit glossa. quod pene cuncta facinora concitantur
 audiat hanc, in ea. multa audire atque scire, quanta mala
 ex lingua procedunt si diligenter non custodiantur. audite. ex
 lingua procedunt blasphemica, murmurationes, dissensiones,
 periclitium, mendacium, detractiones, adulationes, maledictio,
 convitium, contentio, bonorum derisio, pravum consilium,
 rumor, iactantia, secreti revelatio, indiscreta comminatio,
 indiscreta promissio, multiloquium et scurrilitas. in veritate
 magna confusio, et maximum dedecus est. Religiosus non
 habere oris custodiam, non servare lingua disciplinam,
 cum cuncta mala per lingua iniquitatem committantur.
 certe Frustra Religiosus gloriatur de possessione virtutum
 in corde suo, qui dissipat disciplinam silentii per inque-
 tudinem multiloquii. si quis teste scripserit aputat se
 Religiosum esse non refrenans linguam suam, sed seducens
 cor suum, huiusvana est religio. o intuemini virtutem
 speculum Mariam et discite ab ea silentii disciplinam.
 si enim percurras Evangelium per pauca, et cum paucis eam
 locutam invenimus. cum quatuor tantum personis legimus
 eam habuisse sermonem, nempe cum angelo, cum Filio suo,

Cum elisabeth, et cum ministris in nuptijs. in hoc confunditur,
nostra loquacitas, quae propter summam ad multiplicationem
verborum, cum tamen magna similitudo silentij. una utilitas
est, quia inducit compunctionem. homo enim tacet, cogitat
vias suas, et locum habet cogitandi quam multum sibi
suis defectus, et ex hoc surgit compunctio. item dicit propheta
David. obmutui et filia bonis, et dolor meus renovatus est.
alia utilitas silentij est, quia demonstrat hominem caelestem
esse. argumentum quasi infallibile est, ut si sit homo in thetonia
et non loquatur, thetonicum videtur, quod dignum sit thetonicum,
sicut qui est in mundo et mundana non loquitur, evidenter
demonstrat se in mundo non esse. qui enim de terra est, de
terra loquitur, ut dicitur in Evangelio. nihil autem magis
in homine religioso valet ad conservandum se sanctum, nisi ut
fugiat consortium hominum. et ducat vitam solitariam.
ille enim homo qui elevatur, iam supra statum hominum
non debet habere consolationem et consolatorem nisi solum
Deum, et ideo debet esse solitarius et tacere. ex quo enim
Deum habet pro socio non debet curare de humano consorcio.
propterea dicitur Thren. 3. sedebit solitarius et tacebit,
quia levabit se supra se. sedebit solitarius inquam consortia
hominum fugiendo, et tacebit de caelestibus cogitando et
meditando, et levabit se supra se caelestem dulcedinem de-
gustando. ideoque sit sermo verber brevis, proferendus, utilis,
modestus atque humilis. non loquamur, verbum otiosum,
quia de omni verbo otioso quod locuti fuerint homines reddent
rationem in die iudicij. verbum otiosum est, ut dicit glossa.
quod sine necessitate aut utilitate proferentis atque
audientis dicitur. semper igitur melius et utilius est,
tacere quam loqui. quia dicit sapiens. locutum me
esse aliquando perhibuit, taceuisse vero nunquam.

Cayrolis.

De
Perfecta Dei charitate.

ad mortificandum enim vitia, ad proficiendum in gratia,
ad consequendum omnium virtutum perfectionem summam,
nihil potest dici melius, nihil excogitari utilius charitate
potest. propterea dicit Prosper in libro de vita contemp:
habita. charitas est vita virtutum, mors vitiorum, et sic ut
fluat cera a facie ignis, sic pereunt vitia a facie charitatis.
tanta siquidem virtus est charitas, quod ipsa claudit infernum,
sola aperit caelum, et sola Deo amabilem reddit. tanta virtus
charitas est, quod ipsa sola inter virtutes virtus nominata
est. quam qui habet, dives, locuples et beatus est. quam qui
non habet, pauper, mendicus et miser est. unde super illis
verbo ad corinthios. si charitatem non habueris. dicit glossa.
attendite quanta sit charitas, quae si desit. frustra habentur
caetera. si autem ad se habentur, omnia. quam qui habere ceperit,
spiritum sanctum habebit. et beatus Chrysostomus dicit. si
virtus nos ad beatam vitam ducit, nihil esse omnino virtutem
affirmaverim nisi tantum summum Dei amorem. cum igitur
charitas virtus tanta sit, pro cunctis virtutibus charitati
insistere debet, et non cui libet charitati, sed ei solum qua
Deus diligitur, super omnia et proximis ipsi Deum. qualiter,
autem Creatorem nostrum diligere debeamus, ipse nos docet
in Evangelio dicens. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde
tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua. intendite si-
lenter quam dilectionem requirat a nobis. vult certe
amantissimus nos, ut amoris sui deus corda nostra, totam
animam, et totam mentem, sic, ut in cordibus et animabus nostris
nullus omnino eum aliquam partem possideat. quid ergo
facies, ut certe Dominum Deum tuum ex toto corde diligas. quo-
modo ex toto corde. audi beatum Iohannem Chrysostomum dicens. ex toto

21
Corde Diligere Deum est, ut ad nullius rei Dilectionem magis
sit inclinatum cor tuum quam Dei. si autem in aliquo huius
mundi animus et amor cordis sui sit, iam non ex toto corde
Deum Diligis. unde et Augustinus dicit. minus te amat, qui
tecum aliquid amat. si autem aliquid amat, ex cuius Dilectione
in amore Dei non proficias, iam non ex toto corde Deum
Diligis. et si quis Diligis pro cuius amore ea, quae Christo
Tenentis negligis, iam non ex toto corde Diligis. Dilige itaque
Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, non solum ex toto corde,
verum etiam ex tota anima Diligendus est Dominus Iesus
Christus. quomodo ex tota anima! audi beatum Augustinum
Docentem te. ex tota anima inquit Dominum Diligere, est
ipsum Diligere ex tota voluntate sine contrarietate. certe
tunc ex tota anima Deum Diligis, quando non quod tu vis, non
quod mundus consulit, non quod caro suggerit, sed quod Dominum
Deum tuum si vis velle sine contradictione libenter Facis. certe
tunc Deum ex tota anima Diligis, quando pro amore Iesu
Christi animam tuam si necesse fuerit morti libenter
exponis. si autem in aliqua istorum negligens fueris, iam
non ex tota anima Deum tuum Diligis. Dilige ergo Dominum
Deum tuum ex tota anima tua, et conforma voluntatem
tuam voluntati Divinae in omnibus. et non solum ex tota
anima, sed etiam ex tota mente. audi iterum beatum
Augustinum te Docentem. ex tota inquit mente Diligere
Deum, est Diligere eum ex omni memoria sine oblivione
amen.

Capitulum 16.

De
Finali perseverentia

Postquam omnium virtutum adeptus est, quis principium

esse tamen in conspectu Dei apparatus gloriosus, nisi virtutum
 consummatione ad se perseverantia. quia nullus omnino mor:
 talis quantumcunque perfectus, est laudandus in vita sua
 nisi prius hoc totum huiusmodi inchoavit, bono et Felice Fine
 concludat. unde beatus Bernardus dicit. tolle perseverantia
 nec obsequium, nec beneficium, nec gratiam, nec laudem
 Fortitudo, non stabilis, parum enim valet hominem fuisse
 religiosum, sive fuisse humilem et patientem, fuisse
 Deo hunc et continentem, Deum dilexisse et ceteras virtutes
 habuisse, nisi ad se perseverantia. cum enim omnes
 virtutes curant, sola perseverantia accipit bravium.
 quia non ille qui incipit, sed qui perseveraverit salvus
 erit. unde Johannes Chrysostomus dicit. quae utilitas seminum
 Florentium et portea tabescentium, quasi diceret
 penitus nullas si igitur bonorum operum habes virtutes,
 in his persevera, in his profice, in his usque ad mortem viril:
 ite Christi age militiam. ut cum extrema dies Finisque
 vita advenit, pro gressu tuo mercede laboris, debet
 tibi corona gloria et honoris. unde Jesus Christus allo:
 quitur te in apocalypsi dicens. esto Fidelis usque ad
 mortem et dabo tibi coronam vitae. haec corona nihil aliud
 est, quam praemium vitae aeternae. ad quam ad ipsam
 inflammas te debet desiderium omnium Christianorum.
 est enim tam magna, ut nullus omnino eam estimare possit.
 sicut dicit beatus Gregorius, tam multa ut nullus eam
 sinumerare queat. est denique tam longa et durabilis,
 ut nunquam terminari et finire possit. ad hanc mercedem
 ad hanc coronam invitante dilectissimus Jesus Christus in
 canticis canticorum dicens. veni de Libano sponsa mea,
 veni de Libano coronaberis. surge ergo amica Dei sponsa
 Jesu Christi, columba sponsa aeterni, veni et prospera ad
 nuptias Filii Dei. quia tota caelestis curia expectat te.
 quia omnia parata sunt. est enim paratus speciosus serous

Tuus ut tibi seruiat et nobilis cibus preciosus et delectabilis
reficiat te societas dulcis et inamabilis ut tibi congaudeat.
Surge ergo et prospera festinanter ad mystrias. quia ibi
est paratus seruus preciosus ut tibi seruiat. iste seruus
non est alter nisi cibus angelicus, imo ipse aeternus Dei
Filius, qui de se ipso testatur dicens in evangelio amen
Dico vobis quia praeparat se et faciet illos discumbere
o quam magna gloria tunc erit pauperibus quando mi-
nistrium habebunt Filium Dei et summi regis et totum
conventum exercitus regni caelestis. ipse enim Dei Filius
mensam propositis manibus posuit, sicut ipse de se in
evangelio testatur dicens. ego disposui vobis sicut disposui
mihi patrem meum regnum, ut edatis et bibatis super
mensam meam in regno meo. o quam suavis et delectosus
est cibus ille quem praeparavit in dulcedine sua pauperi
Deus. o quam beatus est ille, qui in regno caelorum panem
manducabit illum, qui in clybeano virginis uberi coctus
est igne sancti spiritus. si quis manducaverit ex hoc pane
vivet in aeternum. talis cibo, talis pane cibabit et reficiet suos
electos rex caelestis in mensa sua, sicut in libro sapientiae
dicitur. angelorum esca nutriti et populum tuum,
et paratum panem de caelo praeparasti tui sine labore
omne delectamentum in se habentem et omnis saporis
suavitatem, et deserviens uniuscuiusque voluntati.
ecce talis est refectio divina mensae. et nihilominus
parata est tibi societas dulcis et inamabilis ut tibi
congaudeat. illi enim erit Jesus cum Patre et Spiritu
sancto. illi Maria cum Florigera exercitus virginum.
illi et apostoli, martyres, confessores, et omnium electorum
caelestis exercitus. miserabilis propterea, qui tam nobilissima

Societati non fuerit sociatus, valde mortuum habet
 desiderium qui huic societati iungi non desiderat. si
 enim singula bona delectabilia sunt cogita mente quam
 bonum sit illud delectabile, quod continet inuenditalem
 omnium bonorum. si bona est vita creata, quam bona
 est vita creatrix. si iuuenta est salus facta, quam iuuenta
 est salus qua fecit omnem salutem, qui hoc bene fructus,
 quid erit illi, et quid non erit. certe quidquid vellet hoc
 erit tibi, quidquid nollet hoc non erit. tibi quippe erunt
 bona corporis et animae. quae nec oculus vidit, nec
 auris audivit, nec cor hominis intellexit. ama unum bonum,
 in quo sunt omnia et sufficit. Desidera simplex bonum,
 quod est omne bonum et satis est. tibi est quodamas, quod
 desideras. si te delectat pulchritudo, fulgebunt iusti sicut
 sol. si delectat longa et salubris vita, tibi est sana aeternitas.
 quia iusti in perpetuum vivunt, et salus iustorum aeterna.
 si te delectat satietas, satiabimur cum apparuerit gloria
 Dei. si ebrietas, inebriabimur ab ubertate domus tuae. si
 te delectat dulcis melodia, tibi angelorum chori concinunt
 alleluia laudantes. si te delectat amicitia, tibi sanati
 diligunt Deum plus quam se ipsos, et Deus diligit suos
 plus quam se ipsos. si concordia delectaris, omnibus illis
 erit una voluntas, quia nulla erit tibi nisi Dei voluntas.
 si te delectat honor et divitiae, Deus servos suos bonos
 et fideles super multa constituit, imo filii Dei vocabuntur.
 et erunt tibi ipsi heredes Dei. illi quidem heredes Dei,
 coheredes autem Christi, quale autem vel quantum
 gaudium ubi tale actualiter est bonum. certe Domine
 Iesu nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis
 ascendit in hac vita quantum amabunt te beati, et de te

gaudebunt in illa beata vita. quantumcumque quisque
Deum amat, tantum ibi Deo gaudebit. ergo hic multum
ama, ut multum gaudeas. creta in te amor Dei, ut ibi
plene possideas gaudium Dei. meditere, mens tua.
loquatur, inde lingua tua. amet illud cor tuum, sermo:
cine tu, os tuum. experia illud anima tua, fida illud
caro tua, Desideret tota substantia tua, donec intres
in gaudium Dei tui. donec venias ad amplexus dilecti
tui. donec introducat te in thalamum sponsus tuus,
qui cum Deo Patre et spiritu sancto vivit et regnat Deus
per omnia saecula saeculorum amen.

Capitulum 17.

Summa totius huius operis.

Vias tuas Domine demonstra mihi, et semitas tuas edoce
me. obsecro te Deus meus doce me vias bonae vitae pro
salute anime meae. ama ne sciri et non nihil reprobari,
hoc tibi salubrius est, et utilius quam laudari ab hominibus.
benevolus sis omnibus bonis et malis et nulli onerosus.
custodi cor tuum ab evagatione, os tuum ab otiosa locutione,
et ceteros sensus sub rigore disciplina. Dilige solitudinem
et silentium, et invenies quietem magnam et conscientiam
bonam. ubi enim multitudo, ibi frequenter strepitus
et magna distractio cordis est. elige pauperem et
simplicitatem, et cum pauperibus contentus, et non
facile murmuraabis. Fuge homines et saeculi rumores,
quia non potes esse satis Deo et hominibus, eternis
et transitorijs. gratias age Deo semper, corde et ore qualiter
cumque tibi succedit in gravamine et dolore. nam Deus

omnia provide dispensat in mundo vero et recto iudicio
 ab aeterno. humilia te in omnibus et sub omnibus et
 invenies gratiam ab hominibus, eris quoque Deo
 acceptus et hominibus dilectus, et Diabolo fugiel citius
 propter humilitatis virtutem sibi valde contrariam.
 in omni opere bono habeas intentionem puram ad
 placendum Deo, qui inspector cordis est, et iustos et
 puros diligit. rarissimos reprobos amicos et satrornos
 qui te premunt et vituperant, si enim recte facis et
 consideras, luctum inde acquires, nam profertur in
 bono qui obfertur in malo. labore et dolore cum gemitu
 et fletu acquiritur regnum Dei, felicitas et honoribus
 perditur, paradisus. magnum bonum Deo esse paup:
 erem in hoc mundo propter Christum et infirmum locum
 Tenere. magna superbia est, alium se esse gradum, ad
 alta semper Diabolo suadet honores ambire, Fugere
 Deo seculum, ut cadat a sensor eius retrorsum cum ad
 breve damnatus. Filerit pauperum. minima dona
 pro magna reprobata, et eris dignus maiora accipere,
 neminem spernas, nulli noceas, afflicto et egeno condoleas,
 et nunquam te extollas. omne tempus cum Deo utiliter
 expendas, nihil enim pretiosius tempore, in quo promeriri
 potes regnum Dei in perpetuum. omnibus quoque te
 amabilem, benignum, et affabilem sine dissolutione ex
 hibeam. omnia bona ad laudem Dei referas, et sine consilio
 et deliberatione nil facias. primo semper quare in opere
 tuo an Deo placeat vel displiciat, nec timore nec amore
 age contra conscientiam tuam. in dubijs ad scripturam et
 obedientiam prelati tui recurre, nec tibi ipsi nimis
 confide. prius discere tacere quam loqui, potiusque velis
 instrui quam docere. tutius est enim velle latere quam
 apparere. quaecumque ad te non pertinent de his non
 iudices. nec te in promissis vel semper pacem habeas.
 qui communia sectatur et singularia vitat magis diligetur

et citius ad bonum finem perveniet. qui tempore sine facit
quod debet, letior postea erit. revertere ad interiora
cordis tui, et claude ostia oris tui ne vagari incipias,
per varia desideria mundi consilia diaboli. nocent
mala audita, Tentant, ne ultra visa, herbanilla afa
vituperia. recede ergo ab homine iracundo, indocto,
Dissoluto, et mane in silentio cum Deo. sobrius esto in victu,
modestus in vestitu, providus in verbis, honestus in moribus,
maturus in consilio, Fortis in adversis, humilis in opprobriis,
et humilis in prosperis, gratus in beneficiis, hilaris
in Despectibus, patientis in doloribus, discretus
in omnibus agendis, Time Deum offendere in minimis
negligentibus et defectibus tuis, noli presumere in bono,
nec desperare in adversis. timor Dei facit recedere a
peccato, et sollicitat in bono opere tu bonum bene fiat.
To humile Deo committit, et quod tibi grave est, Tunc cito
portabile. usque tua impatientia multa, levis est
omnis tribulatio pro vita aeterna. vende Deo omnia
commoda tua, et dabit tibi solatia meliora gratia adveniente
in una hora. nemo ditior, nemo liberior eo, qui se ad omnia
Deo dabit, et Christum amandem il, qui mundum cruce redemit.
Christus sit vita tua, lectio tua, medicatio tua, locutio
tua, ipse desiderium tuum, luctum tuum, tota spes tua
et merces tua. si aliud quæris quam iurare Deum, Damnum
patieris et requiem non invenies. servire carni mors,
cibus vermium, nidus demonum, vita peccatorum,
Fomes morborum, corruptio corporum, inquinatio
morum, perditio bonorum, et acquisitio multorum
malorum ac dolorum. e contra servire Deo, beatitudo
anima, sanitas corporis, prudentia spiritus, et vita
caelestis est. Dulces hymnos Deo cantat, qui in tribulatione
sua Deum semper laudat. initium et finis omnis
boni religiosi est, Deum corde amare, ore laudare,
et Fratrem suum exemplo edificare. Zachaeus Frater. 13.

Descende de altitudine secularis scientiae, veni et discite in
 schola Dei viam humilitatis, mansuetudinis, et patientiae,
 per quam possis Christo docente ad aeternam beatitudinis
 gloriam securi pervenire. ama pauperetatem, sis vi-
 libus contentus. bonis semper, acerbis iugiter intentus.
 cave multiloquium studeas filare, Deum omni tempore
 pro oculis habere. auriem amylectere, gulam refran-
 nando. Fratrumque convivio seigniter sectando, gaudere
 cum gaudentibus, cum flentibus, et dolere. humilibus
 consentiens, maiores honorare. in omnibus obediens, et alios
 parebis. charitatem insuper, cum omnibus tenetis. lum-
 bos stringe lubricos Domini timore, mundans cordis oculum
 casto uti pudore. nihil servans proprium nudum sequens
 Christum. onus leve suscipiens, mundum vincens in ihm.
 passum Christum recolle corde gemitendo, quarens Dei
 gloriam nil aliud in mundo. resistendo vitis, orando
 ferventer, sacramentum firmare debes reverenter.
 humo humentis compagine, iram mitigando. vanaque
 colloquia solliciti vitando. Christo Trui cupiens cetera
 frequentabis. Jesum super omnia sic dulciter amabis.
 zelo Dei fervens charitatis igne, et in te peccantibus
 ignoscas benigne. non pro merito sed factum, non verbum,
 sed adiectionem. Faciunt beatum amena cunctis in

Appendix

in laudem Beatissimae Virginis Mariae.

Salve.

Salve virgo virginem Stella nativina, sordido rum
 in criminum vera medicina. consolatrix hominum
 qui sunt in ruina, o vere peccaminum vere Draconina

Clav. 1831V
 Nov. 2, 108

Regina.

regina regnantium virgo puellaris, peperisti Filium
mater singularis. sacrum palatium Dei convocaris,
Divinum auxilium nobis largiaris.

Mater misericordia.

Fons misericordia Dei meruisti, atque mater gratia tu,
qua conceperisti, summum regem gloria quem pro
peperisti, largitorum venia mundo contulisti.

Vita

Vita pia, veritas est de terra natata, et tua virginitas
restabilibata. nam haec humilitas fuit operata,
ubi te Divinitas esse incarnata.

Sulcedo.

Sulcedo Sulcedinis Fructus benedictus, ventris
huius virginis agnus Dei dicitur, cuius unda sanguinis
homo derelictus, locus labie criminis est et demon victus.

Es spes nostra.

Es spes nostra solida es virgo maria, virga yesse
florida ubi in ysaria. rore caeli madida dicitur prophetia,
pulchra ubi nix candida mater Dei yria.

Salve.

Salve lux Fidelium Fulgens ut aurora, quae es
supra liliam, pulchra et decora omne quod est
noxium tolle sine mora, et Dei auxilium pro nobis
implora.

ad te.

ad te clamant miseri, multum desolati, nobis aures
aperi pectoris sacrati. ubi fauce inferi per te
liberati, consequamur liberi viam heri nati.

Clamamus

clamamus Deo plus ad te suspirantes, et affectuosius
te pie precantes. Dele quod interiorius male cogitantes.
Festinus exterius opere precantes.

Exules.

exules exilio omnes sumus. Dati pro parentum vitis
gloria privati paradisi gaudii et exorbitati. tuo
beneficio sumus reparati.

Fily.

Fily suspiris prodesse cogantur, mundi pro miseria
per quam involantur, ad dampna vitia saepe dilab-
rentur, sed misericordia tua fulciantur.

heva.

Eva lapsus intulit dampnum Desperationem, et angelis
abstulit gaudium beatum, ubi prolevam intulit
virginis incarnationem, quomodo mortem sustulit diluit
peccatum.

ad te.

ad te clamant iugiter tui famulantes, et in te Fideliter
omnes suspirantes, in te humiliter humimyslo:
rantes, quos misericorditer audias clamantes.

suspiramus.

suspiramus. Fletibus nostris pro peccatis, et multis
gemitibus pro nos pertractatis, sed in te confidimus,
mater pietatis, vere penitentibus veniam da gratias.

gementes.

gementes recolimus mala retroacta, quae inique gestis
mente non coacta, sed in te confidimus, et clava intacta,
ut a te quae petimus sint in nobis facta.

et flentes.

et flentes. Solis mentis verecunda, lumen nostris
cordibus infunde. Facunda vitiorum sordibus benigne
munda, iunge nos caelestibus clavis iucunda.

in hac valle.

in hac valle miseria multum tenebrosa, hominum sunt
genera multum foedosa, nam eorum opera sunt contagiosa.
propter facta scelera et obprobriosa.

Lachrymarum.

Lachrymarum cumuli non sunt vel aquae, cum senes
et parvuli et plebs unaquaque. timeant quod cumuli
quarunt circumquaque, et Fratres huius saeculi habent
usquequaque.

Eia ergo.

eia ergo digne ad nostras mentes, atque lapsus erige conforta
Trementes. et errantes corrige te, ne quarentes miseris
nos dirige in te confidentes.

advocata

advocata libera coram salvatore, postulare pro se
consuetoque more. et pro gente misera benigno favore.

Matrem hunc mitiga materno amore.

nostra.

nostra spes Fidelium semper Tutissima, et electio
omnium mater virginalis, et nobis pro fidium civitas
regalis, sit atque remedium pulsis procul malis.

illos hinc misericordes oculos
ad nos converte.

illos pro oculos et misericordes, converte ad Famulos
in bono Discordes, et ad malum sedulos Fortius concordes,
nostra carnis stimulos Delecta et sordes.

Es Jesum benedictum Fructum.

Es Jesum unigenitum fructum benedictum, monstra
nobis inclitum primum et non Fictum, per quem genus
perditum a Deo in eum vitium, datum in interitum
revixit in vitium.

Ventris hui.

Ventris hui viscera Jesum portaverunt, et beata ubera
ipsum lactaverunt, cui iudei vulnera dira intulerunt,
et ipsum post verbera cruci tradiderunt.

vobis post hoc exilium ostende.

nobis post hoc exilium benignum ostende, Jesum
hunc filium et nobis impense, verum patrocinium
et maternum extende, cum ad iudicium erimus Defende.

O Clemens.

O clemens clementia summa bonitatis, adonay Filia

Flos virginitatis, Damnatorum venia mater pietatis,
virginum labia gloria charitatis.

O Maria.

O Maria ^{isissima} purissima regina caelorum, omnium dignissima
Dei saeculorum, virgo prudentissima gemma confessorum,
atque iucundissima laus apostolorum.

O Dulcis.

O Dulcis dulcissima super Javamelle, columba
castissima carens omni felle, mater benignissima
iuxta nostram velle, cuncta foetivissima a nobis
repelle.

Virgo Maria.

Maria eximia namque Deo precare, ut quicumque
omnia haec vult recitare, in sui memoria esse col:
laudare, dignetur in gloria sua collocare.

Amen.

Tractatus
Ascetico-Historicus

Continens Passus, Confessionem & Conversionem
hominis cuiusdam peccatoris omnium maximi.

Ad cognoscendam Voluntatem Divinam.

&

Faciendam Misericordiam.

Oblatus

Quia cum Insinuationibus Divinae Pietatis, Clementia &
Misericordia.

Reverendissimo & Amplissimo Praesuli ac Domino, Domino Jacobo
Lebernini Monasterij B. V. Mariae Matris Misericordiae ad
Lutberam Ord. S. P. Bened. Abbati Dignissimo & Vigilantissimo
Domino Praesuli meo ac Patri Gratiosissimo, Observantissimo
& Amantissimo p p p.

Initium

Salutis est, peccatum agnoscere & confiteri.

Seu

Pars prima.

62

1
D
a

0
c
s
r

1

1

1

1

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

Tractatus Ascetico-Historici
Prima Partis
Continuatio

Reverendissime Pater Amplissime Prasul
 Domine O. Gratiosissime, Pater observand. ^{me} Amand. ^{me}

Quoniam Sanctitas in eo sita est atq; perfectio, ut cogitationes, verba & opera nostra coram Deo & ad gloriam Eius Sancte instituantur, fiant et perficiantur perfecte. Perfectio quippe & sanctitas recte colligi potest ac debet ex perfectione actionum nostrarum, adeo ut is vere perfectus dici possit et sanctus, qui illas accurate exequitur atq; perfecte, iuxta illud. Juste, quod iustum est persequeris. Et, In omnibus operibus tuis precel-
 lens esto. Proterea, quia non satis est operari bene, id est fructum aliquem reddere, sed elaborandum, ut semen gratia Dei trioesimum, sexagesimum, et centesimum proferat fructum et talenta maxime usuras ad Divinae Maestatis gloriam, et utilitatem nostram, iuxta illud: Ibunt de virtute in virtute. Et, Justorum semita quasi lux splendens procedit et crescit usq; ad perfectam diem. Expropter imitaturus Deum meum, qui omnia in mensura, numero et pondere disposuit, et quem misit Jesum Christum tanquam Exemplar meum et obiectum, cuius laus est in Evangelio, quod bene omnia fecerit, omnia mea deinceps pro possibili bene peragere proposui opera atq; perficere capi perfecte. Indignum siquidem existinavi, cum possem ex-

agro cordis mei centesimum colligere fructum, propterea quod
Ter benignissimus salvator meus et servator affatim toties
gratis ac sanguinis sui vobis irrogaverit illum; exitum
reddere, id est actiones meas et opera obiter tantum, aut
levi, ut inquit proverbium, perficere brachio, atq; peragere
imperfecte. Deinde quia plurimum interest ac refert bene
capere; dimidium enim facti qui bene capit habet, pro nulla
re magis sui sollicitus, quam, ut conformiter doctrinae ipsius
omnia honeste et secundum ordinem fierent à me deinceps; atq;
ita currerem non quasi in incertum, si puerum, non quasi
aërem verberans, tandemq; comprehenderem acciperemq; bravium,
coronam justitiae, quam repromisit Deus diligentibus se: ijs
videlicet qui ex amore Dei effluente, ac patria caelestis afflu-
ente ambulantes, permanentes, constantiq; perseverantes in
Eo, qui est Via, Veritas, salus quoq; nostra et vita aeterna,
fidem servaverint et cursum consumaverint. iuxta illud, qui
perseveraverit, usq; in finem, hic salvus erit. dixi nunc
Propterea sanissime necessarium esse iudicavi, planeq; oportere,
me nihil non tentare aut nolui, ut, quemadmodum iniquitates
ante haec concinnaverunt manus meae ac iniustitias, atq; etiam colligata
erant peccata mea et concatenata; ita deinceps veluti con-
spicibus connexa essent arctisq; ligata catenis opera mea bona univer-
sa, indifferentia quoq; per intentionem bonam, tanquam Myda-
e^{ae} auricula inaurata, atq; digna reddita quae premiarentur
aeternae; quatenus nempe finis unius operis aut actionis
meritoria gratia existeret futuri absq; ullo alterius uniusquam
facti vitiosi aut remuneratione indigni, intervallo: Et hoc deinceps
sequela aut connexio praecedentis immediata. Verum recordatus
in humilitate et agnosens, quod non finis sufficientes cogitare
aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra e. Q. C.

sit, atq; penderet ex adiutorio gratiae eius: Nam ut loquitur
 Spiritus Veritatis; Nisi Dominus aedificaverit domum, in vanum
 laboraverunt, qui aedificant eam. Frustra etiam nititur aedi-
 ficare Turrim, qui sumptus non habet ad perficiendum: confor-
 miter Doctrina S. Legislatoris nostri et Patriarchae, ab
 initio statim Regulae suae in Prologo dicentis se iubentis
 in haec formalia: In primis ut quidquid inchoas bonum, ab Eo,
 Deo scilicet, perfici instantissimam oratione deprecas: conver-
 sus ad Dominum neum obnixè rogavi, exurocere dignaretur
 in adiutorium mihi, et dare scientiam salutis: atq; cum ea
 unam nocte mysteria regni caelorum. Et ecce Rme Domine
 salutare vultus mei, Benedictus Deus meus, qui non amovit ora-
 tionem meam, et misericordiam suam à me; emisit lucem suam
 et veritatem suam, ipsa me deduxerunt in montem sanctum suum
 et in tabernacula sua; ubi dum considerabam cum humilitate
 fragilitatem meam unam ceteris vite meae miserijs, meditabar
 invidiam meam naturae meae ad naturam ab adolescentia sua prona
 et inclinata; nec non deinde aliquantulum tantum contemplantur
 et respiciebam Divinam Eiusdem ac Dei ac Domini mei maiestatem
 Maonitudinem, bonitatem et misericordiam quam magnificavit
 mecum; pro initio Conversionis meae perfectionis atq; salutis,
 tanquam fundamentum illam Eccl. ii. in fine libri citati et
 capituli posita sententiam continue ob oculos mentis habere
 insiditenter non in strepitu verborum sed silentio, atq; practice
 custodire: pimirum; Deum time, et mandata eius observa: hoc
 est ^{tenim} omnis homo. Id est, cum timore Dei, qui est fons vitae, ex quo
 manat aqua illa salutaris, qua salit in vitam aeternam; nunquam
 oblivisci finis creationis meae et vocationis ad statum religiosum,
 qui est Propius gloria et anima meae salus aeterna resultans necessa-
 - rio.

rio ex timore et observatione mandatorum Dei. Nam si hoc sit
omnis homo, Quia videlicet timere et mandata eius observa-
re, ergo absq hoc nihil est omnis homo, id est, absq timore
Dei et observatione mandatorum Dei nullus homo salvabitur,
quia is qui sine timore est non poterit iustificari: cum solus
timor Dei expellat peccatum. Timor Domini scientia religio-
sitatis, religiositas custodiet et iustificabit cor, dabitq li-
cunditatem atq gaudium. Postquam satis, ut reor,
quis esset terminus, finisq perorationis meae una cum medijs
ad illum tendendi necessarijs, viam iuxta qua percerem ad exilium
in patriam, ex hac lacrynarum valle ad illam caelestem ascenderem
Hierosolimam; perspexeram atq cognoveram: Gile, qui viam
Dei in veritate docet; speculari ne voluit et explorare, an
via illa, quas usq stultus et cecus devio errore per varios
incedens anfractus ambulaveram, certo atq seure ad finem
dirigerent praestitum, terminumq perducerent praefixum?
media pariter nun essent conorua, sufficientq ad illum conse-
quendum? Libens parvi volens, ac inde cum prospexerem, pro-
ter hoc quod animadvertirem vias esse ambrosiosas, difficiles
et laboriosas omnes per quas recedens a via Dei et termino
salutis mea errabundus longe a caelesti Jerusalem in Jericho
profectus sum; deprehendi, propterea quod non respiciens
horum illud immensum, in quo solo sistere debuerat voluntas
mea et requiescere, vocatus sum absq proposito instar for-
nicarum per ardua repertium, quae in summum cacumen
deinde in imum inanes aguntur; quidquid egerim, quidquid cu-
piverim, quidquid molitus fuerim contra me fuisse, omnia er-
rante studia mea et consilia, quia ad terminum non direxi, quae
Deus Creator meus mihi praefixit. Jam ergo exclamare cogor
sed non nimis sero Deo sint laudes, quia penitentia serua ^{serua} nun-
quam sera, o quanta dementia est, quanta perditio a summo

bono, quò semel adeptò nihil ulterius desiderari potest, quia
 ultra summum non datur locus deflectere et converti ad
 creaturas. ad aeternum certissime ducit interitum, quidquid
 ab ultimo fine abducit. Post hac salus mea et vita
 aeterna, Deus meus, tracturus me in funiculis Aedae, in vinculis
 charitatis totum ad se, inò etiam si inveniret reluctantem,
 compulsurus, ut nihil ~~non~~ ignorarem eorum omnium quae ad
 vitam religiosam, sanctam atq; perfectam instituendam, illumq;
 propter quem perpetua me diligens charitate creavit, finem
 consequendum, se ipsum, necessaria sunt, amplius aperire oculos
 precepit atq; lustrare praecipit, scandala, offendicula,
 discrimina, scorbos et scabros secundum vias illas antiquas
 erroris ac perditionis bene consideranti perscrutandas, quibus
 plena erant, obsita atq; referta itinera illa, deinceps cautissimè
 sine ut caverem. ubi obtemperans oculos huc et illuc emis-
 sissimè vibrassemq; lumina mentis à Deo illustrata in ipsas
 etiam vias, quae videbantur rectae, at quarum exitus, qui
 hoc ipsum docuit, perducebat ad interitum sempiternum;
 Deus scit, cui soli licet confiteri, quod quot circumspiciens
 reprehenderim scopulos in quos horrendum afflictus non semel
 duntaxat pro dolor! sed plus millies offenderam. quot per-
 speperim pericula in quibus perieram, quot viderim sentes ve-
 resq; quibus sponte succiatus lethaliter fueram et vulneratus,
 quot deniq; repererim volutabra et latrinas, in quibus non
 novis volutatus, sed etiam totus quantus immerfus et infixus
 illarum in profundo adeo fueram deturpatus, ut non amplius
 apparuerit substantia in anima mea, seu efflores Eiusdem
 qui fecit et creavit me ad imaginem suam, sed maledictae
 Circæ, voluptuose delectationis, concupiscentiae carnalis atq;
 peccati incantationibus turpior, nigriorq; ipso Cacodemone

effectus in nefandissimi monstri atq; abominabilissima chimera
formam transformatus aut transmutatus experiam.
Verum cum non sufficeret ei, qui pro sua infinita bonitate et mise-
ricordia omnes homines vult salvos fieri, atq; ad agnitionem veri-
tatis venire; de ijs quae proxime supra dicta sunt, edocuisse me;
perspectam insuper volens et exploratam mihi esse hostium nece-
militudinem, nullo non tempore, aut loco ad interuicem persequi
qui ne cessantim; fortissimis interne excitantibus hortatibus, qui
exquirerem perlustraremq; quae, ubiue essent tam intra, quam
extra, tam retro, quam ante me hostium latibula, vestigia, signa
atq; indicia. Quare haud exionum pro anima mea sollicitus, succu-
census quoq; ardentissimo cognoscendi desiderio, quae esset me circum-
inimicorum ad interitum sempiternum quarentium animam meam cogit
nihil omisi quin exactissime adeo impensi salutis meae morem gererem
amanti, deferremq; obediendo Deo Jesu meo. Et statim ac mentis
intuitu acriori quam diligentissime per scrutatus omnia explorare
reperi me atq; perprexi cinctum undiq; hostibus esse, ijs longe poten-
tissimis, vastissimis et pessimis, Mundo scilicet, diabolo, carne,
peccato eiusq; occasionibus. Ad horum itaq; conspectu perquam
horribili exarscens, animum meum postquam reuolueram ad con-
flictus et proelia praeterita, in quibus longe frequentius quam
numerata possibile mihi est, faucibus lethaliter et vulneratus,
victus et superatus cum rubore atq; amissione omnis armatura
Dei, subsidij et comatus; gratia Dei; succubui; ne unum quide-
corum omnium ne posse absq; sinulari Dei presidio et gratia supe-
rare, recognovi; quapropter totaliter de me diffidens conuersus
ad Deum auxiliatorem fortem, in cuius manu fortitudo est atq;
potentia, et cui nec quisquam resistere potest, deprecatus sum, in
hanc formam, quam collexeram prius et conscripseram.
O Domine Deus Exercituum, in me quidem non est tanta fortitudo,
ut possim huic multitudini resistere, quae irruit super me; sed cum
ignorem quid agere debeam, hoc solum habeo residui, ut oculos meos

habeam ad te. Vide ergo Domine, quia circumdederunt me inimici
 mei undique, et laqueum paraverunt pedibus meis, et anima mea tur-
 batus est valde: turbatus est a timore oculus meus, et invehitavi
 inter omnes inimicos meos. Quis deducet me in civitatem munitam?
 quis me liberabit de inimicis meis iracundis? Convertere Domine
 et eripe animam meam, et salva me fac propter misericordiam tuam,
 quoniam non est in morte, qui meos sit tui, in inferno autem quis con-
 fitebitur tibi? erubescant et conturbentur vehementer inimici
 mei, conturbentur et erubescant valde velociter, quia exaudi-
 vit Dominus deprecationem meam, Dominus orationem meam suscepit.
 Discedite a me omnes, qui operamini iniquitatem, quoniam exau-
 divit Dominus vocem fletus mei, non timebo milia populi circum-
 dantis me, quoniam tu Domine, vocasti me, et suscepisti me,
 Exuroere Domine adiuva me semper, ne unquam dominantur mihi
 inimici mei, sed sciant quia manus tua haec et tu Domine fecisti
 eam, et factus es refugium pauperi, adiutor in opportunitatibus
 in tribulatione. sperent in te qui noverunt nomen tuum, quoniam
 non dereliquisti quarentem te Domine, sed exaltasti eum de
 portis mortis, et annuntiet omnes laudes tuas in portis filia-
 tion. tibi derelictus est pauper, et orphanus tu eris adiutor,
 quoties in oratione confitebitur tibi, et extollet manus suas in
 sancta, et benedicet tibi. Oculi enim tui in pauperem respiciunt
 et propter miseriam inopum et gemitum pauperum exurges et
 servabis me et custodies me a generatione hac in aeternum.
 Haec oratione saepius repetita, audivi interne vocem Pristli in
 Cruce coram pendente ac dicentis: ita enim per compositionem
 loci, aut imaginationem coram me presentem intuebar, uti
 alias soles quando mentaliter oro: Venite ad me omnes qui la-
 boratis et onerati estis et ego reficiam vos. Cui ego: o quam
 dulcia faucibus meis eloquia tua o bone Jesu! ad quomodo venia

ad te nisi traxeris me in funiculis Aë, in vinculis charitatis;
trahere, trahere, quæso, me ad te, ut curram velut cervus ad fontes
aquarum, qui iam laboro et ambulo vias difficiles et incertas;
Deduc me in viam mandatorum tuorum, quia ipsam volui, et semitas
tuas edoce me, oneratus eheu! sum multis peccatis; adiuva me
et propter gloriam nominis tui libera me, neq; despicias me
Deus salutaris meus. Reverfus exinde in me turmam
inquisitorum hostium latentium intra me cuniculisq; oppugnanti-
um; visu acutiori cor meum omniaq; una eiusdem interiora
cum peruestigasse, pro Deum immortalem! quos non perspicere
in eo adversarios infestissimos longe ac perniciosissimos!
plures investigavi quam in numeros cogi possint, sed larvas in-
dutos, ut ne paterent atq; formidarentur. In medio cordis
mei: quod speciem proferre mihi videbatur Campi babiloni-
ci id est confusions ac perturbationis, in quo ager ille, quem
totum repleverant vitæ, et operuerant super faciem eius
Spina, et maceria lapidum destructa erat: videndum primo
se statim obtulit aspectu: / longâ serie putridorum lignorum
rancidorumq;, nec non congerie ac strue immensâ lapidum impu-
litorum, offensionis scilicet petrarumve scandalis exstructam
intuitus sum cathedram pestilentie, sedemq; erectam iniqui-
tatis: atq; tandem secundum hanc proximè fontem draconis,
et mare mortuum, in quod inimici mei ferre non valentes lucer-
strabat enim in lucernis, proripientes sese illius viso lumine
abscorderunt à facie mea. Carminibus prorsus usus, quæis
planè opus erat, atq; incantationibus Magia Spiritualis, facti-
licitatq;, devinctos in palam exire coegi ad litus, ubi deniq;
detractis larvis abscondita vidi et deprehendi principis vene-
brarum harum, quæis abutebatur hactenus veluti internun-
-cij, ubi repulsum ferens ipsemet fuisse abactus; capita vidi
Draconum in aquis, reptilia quorum non erat numerus, animalia
pusilla cum maonis, atq; inter ipsa etiam draconem ipsum forma-
-tum

-tum ad illudendum ei; Hydram ipsam et Lernam malorum omnium
 odoratus adverti. Hostes itaq; tam eferos ac detestabiles cum
 intrinsecè, tum extrinsecè perfecte plenèq; contemplatus quando
 aspectaveram, adeo exhorui, ut quò fuo erem auxilium in-
 venturus et prospiduum, vix non honoraverim; naturatò proinde
 antequam periret fuga à me, opus esse ratus sum, cum plena
 fiducia opem petere ac flagitare auxilium in tempore opportuno
 subsidiūq; à Deo: citatis ideo pedibus velut impetu cervus ad
 fontes properat aquarum, affuor in montem, ubi, quia humi-
 liatus eram nimis, voce meà ad Dominum clamavi, voce meà ad
 Dominum deprecatus sum: effudi in conspectu eius orationem
 meam: et tribulationem meam ante ipsum pronuntiavi: ut
 liberaret me à persequentibus me, quia confortati sunt super
 me, et laqueum absconderunt mihi. Brevis postea renovatus
 spiritu mentis recollegi meipsum, dixiq; intra me: persequar
 inimicos meos et comprehendam illos, et non convertar donec
 deficiant: confringam illos, nec poterunt stare, cadent sub
 pedes meos. Et mox irruente in me spiritu Domini qui est
 adiutor fortis, zelatus pro Deo meo, et pro sion: anima mea: /
 habitatione sancta eius zelo magno in via incipientium, seu
 iuroativa, per Cappharnaum / agrum penitentiae: defendere
 paravi in arenam cum inimicis meis; quocirca accipiens armatu-
 ram Dei, loriam fidei, galeam sem salutis, clypeum orationis,
 hastam deniq; mortificationis fletu viriliter contra inimicos
 meos, et ubi cernerem tempus esse maximum aut vincendi aut
 moriendi, succumbens lumbos virtute de celo in maonitudine brach-
 -ij Jesu mei cohortantis me ac animantis, providebam enim
 eum in conspectu meo velut agonothetam stantem post parietem
 respicientem per fenestras, prospicientem per cancellos, ingressus
 sum puonam, et cum punctim cosing feriendo animose dimicarem
 prehendi generose capita draconum, contribulavi, percussi, confregi.

Prælio hocæ proscere tandem finitò, quoniam desideravi mihi
pennas sicut columba, ut volarem et requiescerem, vox sonuit
in auribus meis cordis mei Dilecti Jesu mei invitantis me gau-
dentem in victoria sua: Jesse enim precinxit me virtute, do-
cuit manus meas ad prælium, et dicitos meos ad bellum: in
evagatione mea et liberatione; in hortum suum, ut pascerer ibi
fructus conederem pomorum suorum, lilia colligerem suad. mox
eripit ut audivi vocem eius, furvens in via secutus sum flumi-
nativa, que ducit recto tramite per ostium, per quod si quis
introversit, salvabitur et invidetur et egredietur, et pascua
inveniet; ad areolam aromatam. Huc perveniens manensq;
ubi mesuisse myrrham ream cum aromatis meis, comedisse
favam cum melle meo, bibisse vinum cum lacte meo, et epem in-
vriatus: meditatus fuisse mysteria vite et passionis Christi:
extraxi germina, demesui flores, deseci frondes, decerpsi
furculos, quos omnes transferens in hortum meum: in anima mea:
demisi, inserui atq; plantavi in areolis: anima mea potentij:
pascendus ipse deinceps et oblectandus una cum dilecto meo.
per imitationem: deniq; quia tempus putationis advenit, col-
legi mihi fasciculam myrrhe, qui inter ubera mea comoraretur.
Ex omnibus anxietatib; et amaritudinibus passionis Christi doctri-
nas practicas, que perpetuo oculis meis mentis mee obversarentur.
Postea quam potui ardentissime precatus sum Jesum meum, ut
dionaretur per viam Unitivam, qua itur recta Jerosolymam.
In visionem pacis, quia pax multa diligentibus Deum: ubi vi-
debitur Deus Deorum in sion; introducere me in cellam vinariam
que habetur et invenitur in monte sancto Dei Thabor: Thabor
habreo sermone significat puritatem: in ipso tabernaculo, in
quo habitabunt et requiescent, qui incedunt sine macula, et
operantur iustitiam; atq; ordinare in me charitatem.
Effuere nominum per suam infinitam bonitatem et misericordiam

ut charitas Dei diffunderetur in corde meo per Spiritum Sanctum suum,
 et ego omni deinceps creaturarum amore liberatus, in solo Deo meo con-
 quiescerem, Eius adhererem, ac unus cum eo fierem spiritus; idem
 volens et nolens facerem perfectissime omnes voluntates eius, atque
 ita tandem eum perfectus et inteser in nullo deficiens. Hanc
 orationem exaudiens Deus, qui Sancta desideria inspirat, et eadem
 suscepta irrita esse non permittit, replevit quidem desiderium meum,
 et duxit me in cellam vinariam; ad diu ibi commorari me non permi-
 sit; ratio imprimis erat; quia inibi permanere et inebriandi non
 solum nullius culpe mortalis esse rei, sed longe etiam distare de-
 bent et abesse ab iis que disponunt vel proximè vel remote ad eam
 pertrahunt et à virtute impediunt, minuuntque charitatem que
 est vinculum perfectionis, et ipsa perfectio consistit in optimo
 usu virtutum; atque tollendis impedimentis charitati oppositis,
 eamque remorantibus; deinde in divini amoris affectu, qui finis est huius.
 Deinde quia radices quadam germinis maligni ac seminis iniusti, far-
 culo mortificationis atque ligone odij et abneccationis mei ipsius
 voluntatisque propriis supererant et restabant in horto meo evellenda
 extirpanda ac superanda: flosculi denique nonnulli ac germina
 ex areolis aromatatum salvatoris mei desumendi, atque in hortum
 meum transponendi per reverti propterea per aliam, quam in ore
 sum viam super montem Hermon: qui destructionem sionificabit: /
 iussus sum in regionem meam, seu hortum, ut evellam et destruiam,
 disperdam et dissipem, edificem et plantem per. Redeundi ergo ac-
 cipiens imperium, postquam cognovi, pro hunc in cella vinaria Comini
 mei permanentem non habiturum ne mansionem, obnixè denuò ro-
 gavi, dionaretur, qui Madalena in forma apparuit hortulani,
 firmare super me oculos suos, ac per semetipsum, quia hominem
 non habes, et nulla ars absque Magistro addiscitur, docere me ac
 instruere artem, proxime colendi debite horti mei et plantandi,

et ad eos quidem, ut acciperet inde laudem, honorem et gloriam, atque
placere. Eidem venire cum Patre suo et Spiritu S. delectarentur
nanque facere apud me in horto meo. Tandem voluntatem Dei
adimpleret abij in hortum meum. Quoniam vero in horto vo-
luptatis, in paradiso, ipse Adam primus homo in statu natura
adhuc intacto, quando nimirum corpus subiebat animae, passiones
rationi, ipsa Deo: ita ut homo libere contempleretur. Deique
in omnibus conformis esset voluntati, tutus satis non fuit, atque
securus, quin insidiosè prosterneendus, privandusque statu inno-
centiae, in quo erat creatus, et consequenter gloriam caelestem, ex-
petiretur à serpente antiquo, et brevi quidem postea atque ipse
serpens in proelio, quod factum est in caelo, non valens à Sancto
Michaelis Archangelo constrictus ad eos et vitus, ut amplius non
fuerit inventus locus eius in caelo, detractus est in infernum
atque proiectus in profundum lacus: sicut scriptura habet lacus, sicut et
superius mox ab initio prima partis ad fundamenta lacus su-
miserè etiam tentationi mox succumbens prostratus est et eversus.
Postquam autem per peccatum originale inversa sunt omnia, ve-
luti si membra sursum deorsum essent locata; passiones quoque animae
et corporis suae violentia ita miserum perturbant hominem et
everbunt, ut non nisi per iugè atque continuum mortificationis
exercitium ad primam pacem et integritatem redire valeat;
neque ego miser et miserabilis homuncio, pauper nudus et caecus
tutus fui satis atque securus, quin à serpente hoste maligno, tot
iam annorum millibus exercitatio, consuetudinèque, habente proli-
andi, infinitis quoque, quas reportavit et à me et ab alijs, fretto
animatoque victorijs: tot denique quotquot in gehenna ignis, in in-
ferno cruciantur et ardent damnatorum animae, excitatio solijs
et quod minus est, perpetua violi atque in hoc unum ut me superet in-
tentio; everbendus in horto non modo, verum etiam eijendus
inde ac transferendus denuo in agrum Babylonicum, invaderer,

41
laceperer, oppuonarer. Cum etenim redi in hortum factus nihil non
tentarem quod eum à zizanijs, seminibus adulterinis, Polyjs, herbisq;
inutilibus vindicarem, emundarem atq; expuroarem, germinibus
postea iustitia, plantis religiosa pietatis ac floribus virtutu
solidarum adificarem, excolerem atq; exornarem; infernalis colu-
ber indione ferens tantam in agro anti tam sterili ex gratiarum
divinarum imbri atq; influxu fertilitatem, fecunditatem, tan-
tam, inquam, in homine peccatore metamorphosin et transmuta-
tionem; subrepsit in abscondito, et ubi omne semen verum ac genu-
inum iam esset in germine, neq; mature fieret in herba, radice
iuxta posuit, de qua egressus est reclusus cuius maledictum semen
absorbens fere universum celestem gratiarum imbrem in hor-
tum meum: animam meam, de se per influentem, vix non suffocavit
perdidit, arefecit atq; destruxit Radicem immortalitatis, timore
Dei, flores et fructus honoris, pios affectus, succrescentes peni-
tentia ac bonorum operum segetes q; sed haec omnia nondum
sufficiebant illam radicem infernalem praedicta causasse, verum
insuper innumerabilium pene exordium ~~sed~~ voluit esse et ori-
ginem malorum germinum, zizaniarum ararumq; nocivarum quae
nimium quantum invalescentibus et inoruentibus areolis horti
mei, tantum absuit ut non redactus fuerit in antiquam sterili-
tatem ager seu hortus meus: cor meum et anima mea. Sed in ad-
iutorio altissimi fortiter laborem meum opponens saepius triumphavit
de eo gloriose, donec tandem transfiduratus in anochum lucis
me decepit, non quidem à bene ceptis ne impediendo et cessare fau-
endo, sed scrupulos, anxietates, ariditates et alia huiusmodi ex-
citando in me atq; causando: quando nimirum suggestit mihi et
iniecit, nequaquam ex Deo esse ac provenire eiusmodi cognitio-
nes, illustrationes, affectus, lacrymas et desideria q; sed ex se astu-
tissimo deceptore et patre mendaciorum derivata ~~et~~ ^{tas} profluere

compunctionis lacrymas, et deniq; à se succensa flagrare desideria.
Exinde misere deceptus credidi, et eo magis et indubitanter, quia
nemini legere me ex libello quodam, cui titulus inditus est Genitus
X. Compeditorum, insensissimum etiam Dei et humani generis hostem mira
in homine operari posse in specie bona et optima, et quam intensissimos
flaorantissima erga Deum charitatis excitare in hominis corde et
accendere affectus. Causam huius fallacissima charitatis nosse die
haud valui et scire, donec per meditationes et considerationes alia
investigare requiseram ac invenire rationem, quam ipsam superbiam,
per quam nimirum tollatur quis in altum, ut lapsu dem graviore ruat,
Quia passim tradunt ac docent assecte et vita spiritualis magistri,
plerumq; Deum punire superbiam per lapsu in peccata conominosa
carnis, ut multis constat exemplis. His itaq; cognitis novo
desuper succensus zelo ac fervore, letus quoq; in Domino, ac supra
quam possum exari gaudens, maturavi in tempore, ne scilicet enim tarda
molimina Spiritus S. gratia, ex arcolis horti mei, molimine neutiquam
capsa, noxia evellere et extirpare germina, nimirum felerata cri-
mina vite: et ante omnia radicem illam longe funestissimam, qua
sola initium est omnis peccati, et una origo atq; exordium omnium
inferorum cruciatuum, ex agro cordis mei averruncare funditis,
una et cum omnibus fibris suis, seu effectibus eliminare; violam
postea referant, nequicquam insurgentibus, ut raperent conamina
ventis tentationum, pernicii contra ponere lateri labore. Haec vi-
dens fugias aspis de novo accensio furiosò invidia tumens livore
irritum factura laborem meum et conatum vocavit me maledictis
fibilis suis seu inspirationibus in montem excelsum valde tibi ut
ambularer in altis et mirabilib; super me, atq; adorarem me ipsum
credereq; venerandum atq; colendum ab omnibus ob pietatem et sancti-
tatem, ob gratias à Deo mihi gratis concessas. Sed Deo illuminante
vultum suum super me et misereante statim vidi flamas et deprehendi
di laqueos quibus me in infernum trahere conabatur, et male suada

mox repulgam dedi vipera dicens: increpet te JESUS meus hostis maligne.
 licet enim hortus iam parturiam, flores protuberent, et iam iam
 exuberent aetha, absit tamen ut Deo meo rursus existam rebelis,
 blasphemus atq; facileus fur, et arroganter per rapinam mihi
 attribuan aut appropriem quod non est currentis, mei et laborantis,
 sed misericordis Dei, ~~non est~~ neq; enim qui plantat est aliquid, neq; qui
 rigat, sed qui incrementum dat, Deus. Dei igitur est totum, quod
 in me reperitur bonum, si tamen aliquid reperire sit, nihil autem
 semper est meum. post haec cum non cessaret impudens cerberus abha-
 trare me et infestare, timui ne forsitan tandem deiperer, et con-
 sentirem incautus, ^{vigilans} ex tantis periculis quae etiam sanctissimi viri
 non valere evadere, effugium mihi ostendere dionaretur Deus,
 enixissime rogavi. Ex instinctu deinde Dei atq; inspiratione
 huic malo conorium in tempore ac etiam conveniens prospec-
 turus remedium, huic pestilentia qua siturus amuletum, huic
 toxico reperitur antidotum univesum peragravi orbem et
 lustravi: irritus tamen spei et frustra, quandoquidem nullibi
 terrarum, nusquam gentium nancisci valui, quod volui, vide-
 licet dionum patella operculum, mensura vilitatis meae ac
 indionitatis locum conorium et adaequatum: descendi ergo in
 infernum vivens, in caelos siquidem, in quos nihil introibit
 conquinatum, vel oculos levare tantum pro multitudine ini-
 quitatum et abominationum mearum atq; gravitate peccatorum
 quomodo possem vel auderem? omnesq; inibi cavernas, foveas,
 fossas et latebras postquam penetravi atq; ^{et} prospexi, delapsus
 sponte de veri in abyssum, in infima eiusdem et novissima, ubi
 Deniq; iuxta mensuram vilitatis meae ac indionitatis infra omnes
 Demones et damnatos perspexi locum, deprehendi competentem, et
 reperi adaequatum et aptum ex toto, in quem recipiens me me abscondi
 sperans haud fore ut inde a Demone extrahar quia infra se e-

omnes damnatos humiliari et abiecti me ipsum. De profundis istis cla-
mavi in oiter. suspiria inter lacrymas ad Deum et Dominum meum
qui de limo Terra corpus meum, atq; ex nihilo formavit et creavit
animam meam ad imaginem et similitudinem suam, ut in primis par-
ceret delinquenti ac toties recidivo; deinde ut ubi abundavit de-
lictum abundare faceret et gratiam; ac deniq; condescendere diona-
retur propitius ut nunquam amplius dominetur mihi iniquitas,
neq; ego deinceps obliviscar sui, nunquam originis meae ac indigni-
tatis, nunquam peccatorum meorum; neq; veniat mihi pes superbiae
ubi ceciderunt tot fortes, et lapsi sunt omnes qui operabantur ini-
quitate. Hoc in loco tutissimus diu cum sederem, perturbare
ac tandem exturbare omnino novis molitus est machinis astutissim-
serpens, dum haud ignorans, quod firmissime proposuerim, nunquam
deinceps sequi iudicium proprium et voluntatem, ipsissima^{us} usus est
humilitate pro fare, quo me extraheret, atq; tandem extractum iug-
laret. Cum namq; sedulo studerem atq; laborarem divinam exequi vo-
luntatem, et implere, innumeris curis ac sollicitudinibus cor meum
replevis oneravit supra modum, adeo ut non parum anxius timerem
fore, ut irritus sit et inanis omnis labor meus et conatus, ac pro-
terea illudat anghus, magisq; quam unquam alius ante hanc fatuus
sultus, demonium habens, nequam et mendax proclamem et credam.
hoc ariete exturbans me ac subvertens, effecit, ut ex mero se-
maledicto respectu humano Deo extiterim inobediens, sibi vero
hosti meo longe atrocissimo obtemperans ad propositum, nullumq;
quando videlicet cupidans timore ubi non erat timor, aliorum ex-
quisivi consilia circa ea quae Deus meus interne perficere me iussit.
Quataq; etiam ubi cononovissem à carne et sanouine, à respectu et
timore hominum, et non à patre meo qui in caelis est, revelata esse
ac dari iussa, secutus sum perperam; atq; ita tandem desonerans
ab excelsis cogitationibus filiorum Dei, in ultionem et vindictam
superbiae meae ac inobedientiae, quae est effectus eiusdem scilicet superbiae

Deo permittente incidi de novo in laqueos hostis maligni, et depre-
 hensus in mauro tadio et iracundia propterea quod non potuerim
 habere cui confiterer in tempore antequam me totum irretiret
 Tartareus venator animarum et draco nefandus; peccavi graviter.
 Postquam ita recidivus et retibus diaboli implicatus involutusque
 peccavi, primum aperti sunt oculi mihi, quos ante cacutiebam
 astu, fraude ac operâ occultâ atque hostili principis tenebrarum,
 et deprehendens me spoliatum omnibus donis, et gratijs, atque etiâ
 auxilijs Dei supernaturalibus, vidi nuditatem meam, facilitatem
 ac turpitudinem peccatorum meorum, etiam non erat substantia
 nisi perspicere et recognoscere iam non amicum me ac servum,
 sed planè inimicum esse Dei, et meij in laqueis mancipium et
 captivum diaboli. Hinc totâ die verecundia mea contra me fuit
 et confusio faciei meae cooperuit me, à voce exprobrantis et oblo-
 quentis, à facie inimici et persequentis. Et quia velut mare mag-
 na contritio mea, et non fuit qui consolaretur me ex omnibus cha-
 ris meis, vix non deliberare capi, ^{hinc} ~~abesse~~ in viâ Cain et despe-
 rare? Deus tamen Ter Clementissimus, cuius voluntatis non est
 mors impij, sed ut revertatur à vijs suis pessimis, et vivat, longè
 alias mihi inspiravit, pro sua misericordia infinita, et iniecit cogi-
 tationes: si penitentiam non egeris, Deo dictante cogitavi,
 incidēs ⁱⁿ manus Domini, et non in manus hominum, secundum enim
 maonitudinem ipsius, sic et misericordia illius cum ipso est: detes-
 tatus pròinde viam Cain, pressò pede imitatus sum paradisa
 seu exemplum Filij prodigi, et reversus in me, veniens veni ad
 patrem meum optimum et Deum meum in luctu penitentiae, ac
 suscipi iterum rogavi. Quod ut mihi continuoeret confessus omnia
 mea proposita et vota cum quanto potui fervore et devotione reno-
 vari. Sed haec omnia licet fecerim, nihilominus in oemitu cordis
 mei necesse habui clamare ad Deum meum: Quis mihi tribuat, ut

sim iuxta menses pristinos, secundum dies quibus Deus custodiebat me:
quando splendebat lucerna eius super caput meum, et ad lumen eius
ambulabam in tenebris: quando secretis Deus erat in tabernaculo
meo: quando erat omnipotens mecum: Ratio huius clamoris
erat, quia Deus, propterea quod rebelis fuerim lumini, et inventus
fuerit in me superbia et inobedientia recedens à me ac deserens
me omni tan interno, quam externo destitutum solatio reliquit
ne nimis forsan aspiduus contemneretur, aut certe cautiorem
redderet me ex plavis, ac sapientiosem deinceps. Interim
conversatus inter eos qui neque probi, neque improbi, nec frigidi
nec calidi sunt, sed tamen in confinio utrorumque claudari in utraque
parte, dignus plane quem Deus evomeret ex ore suo: et hoc
omnia: teporem scilicet meum et ariditatem, vix tamen advertens ca-
novi. Verum, ubi vocatus ab eo interne qui erigit elisos et il-
luminat caecos, accipi ad ipsum ut illuminarer et consolidarer
illius mihi persuasit emere ab eo aurum ignitum probatum, ut a
novo locuples fierem, et vestimentis albis induerer, et non appare-
ret confusio nuditatis meae, collyrio ungerem oculos meos, ut vi-
derem: his ergo praestitis atque effectis, vidi et cognovi quam fu-
erim miser post lapsum, et miserabilis, et pauper et caecus et nudus.
Amulatus itaque charismata meliora, poenitentiam egi, Deumque depre-
catus sum, ne utiquam inefficaciter, et frustra: Reverens est etenim
Deus cum apparatu longe maiori et comitatu gratiarum donorumque
suorum divinarum abundantiori quam unquam aliis antehac, et man-
sionem fecit apud me in corde meo, quoad vixero amplius à me non ex-
trudendus, aut expellendus per superbiam, inobedientiam et cetera
vitia quae cum hactenus nimis saepius pro dolor! non solum eieci
sed etiam crucifixi rursus et occidi. Ut quorsum hac sine Quidem
nisi ut videas, et affluas, et miretur et dilatabitur cor tuum.
Prima atque Amplissima et Gratiissima Pietas Tua affectui paterno
omni possibili devotione, submissione, humilitate, reverentia
debito, filialis charitatis amplexu nec non lacrarum
manuum tuarum osculo me quam demississime, humillime ac enipso
commendo ac perseto Eiusdem
in singulis indigne filii

Præfatio aut præmonitio in sequente narrationem.
P. Pater, Amptme Præfatus pateri D. Gratia, p.

Ante quã præfente legas narrationem, necessarium esse dixi per hanc præ-
fationem quã demississime ac enixissime deprecari te, ne forsan me suscipieris
venire inculpate R. P. Priore, ubi acturus sum de Moritiano meo atq; dicitur
qui fuit Magister meus in Moritiano, quasi non fecisset satis officio suo, debet
teq; ne inculpasset, absit enim ut iniuria ipsi irrogem, fecit namq; quæ potuit.
Dixit se docuit quæ fecit. quod autem nihil profecerim in spiritualibus, causa
inprimis est aetas nimis adhuc tenera et incapax verum spiritualium, deinde quod
maius est applicatio mei ac fratrum meorum ad officia converforum, servorum, ac ho-
lularum, unde quia iuxta proverbium: pluribus intentus minor est ad singulos
sensus, ad plurima non necessaria, tanquam futuris religiosis, ob quæstus tantum
temporale fui applicatus, et quidem in medio servorum et ancillarum
mirum non est omnium esse illud unum necessarium, nempe diligere Jesum, amare Jesum
et illi soli servire, cetera omnia enim sunt vanitas, aut spiritualia pp
temporalia papa esse detrimentum, spiritualia siquidem semper primas habere
debeant. Denique quia non ipse solus fuit Magister quo ad imperium et correctiones
verborum, falsam enim suam in alienam immiserere mentem mirabiles viri
P. P. Bened. et Columb. O bone Deus quos querat, quos lites, quos rigas
institueret ille ob studia et alia quæ nihil ad ipsum, ipse vero ob labores hori-
rum, quibus Magistru nostrum affligere, et vix non expulere nos è Moritio
non esset quidem necessarium huc apponere, modo cogitares hunc temporis subprior
aut superiore fuisse P. Franciscum, et P. Columbanum Cuvard culina profest.
Episcopus Magnum nostrum frangere id immo mit. Deum Imbrum D. P. Fran-
in Festo S. P. N. Bened. non celebravit, nec ad officium Matutinum venit, de
alijs festis files. P. Columbanus diu nocturno, et vix vino fuit, de scandalis
vero et absurdis quæ instituit quarantur alijs.
Cæterum haud speraverim fore ut et mihi irascaris P. Pater, aut irideas
quod Magistra sequar Regula quæ Cap. 7. et 14. iubet malas cogitationes
et peccata absconditi commissa Abbati confidenter delepere. Silentium
docet natura de quo licet nihil explicitè ponatur in regula, S. P. N.
tamen supponit satis id doceri ab omni lege, natura si scripta
et gratia, atq; tandem ab auctoritate Eclesiæ. Quales sum felix tuus et
materibus et presentibus intelligas.

Quandoquidem ea est mundi hujus volubilitas et inconstantia,
 tantumque vite nostrae mortalitatis infortuna, ut ij etiam, qui Deo serviant
 interdum non sint stabiles, et in Anselmo suis Deus reperiat pravitatem,
 candidique Nazarei Super carbonem denique, et qui rescebantur in
 nocentibus amplexentur sterora, et qui stabant, aut stare videbantur
 miseriam longe corrumpunt ruina. Tam difficilis est perseverantia:
 qua est in ratione bene considerata stabilis ac perpetua permanens non
 obstante difficultate diuturnitatis. Haec itaque verissima cum sint,
 quoniam et antiqua, et nova quotidie Pelioforum, mei pro dolor
 praesertim testantur exempla: plane oportere existimo, ut, postquam
 factis, ut reor, Lussemburg, in praecedentibus, quantos habeas iniquitas
 res et peccata, scelera mea et delicta ostendi tibi; causas iniquitatis aperi-
 am atque demonstrare, quas Deus Dux ac iudex inquirens reperit, ex qui-
 bus deo erupere ac promanare effectus pravi ante haec, atque malum,
 habitus nimirum vitiosi, fordes, peccata abominabilesque, quibus facturi
 vult abundavitque, tota pene villa mea antea. Et hoc quidem non
 alium ob finem, quam ut videas, admireris et gaudeas in spiritu sancto,
 quod scilicet salubris caupis fontibusque venenosis, et effectus abla-
 ti sint intorquati ac laeserunt; atque tandem castrii prevalere ac ope-
 rire iniquitas Super fante terra cordis mei. Sed ut opera sit pre-
 cium, ille videlicet, quem Deus meus ter clementissimus ab aeterno vult
 atque intendit, sequatur effectus, haud inopes, necesse est, Amé. Quae
 causas prelibatas in Duplii esse differentia, in terras nempe alias,
 unde humiliatio mea in medio mei; et alias ex terras, hinc va homini illi
 per quem scandalum venit. Verum ne frustra illos inter quorundam, qui ali-
 era discurrunt, sua vero proprio perniciosisque, valde obsecrati amore non
 aspicientes; vitia sua quae amant defendunt, et excusare malent, quam

excultere, ex me ipsis primò causas improbas ac iniustas palam profera
in apicem persniciendas, exponamq; considerandas, hoc est, ex me ipsis
Scilicet petra, sumamq; arumentum narrationis, aut potius confessionis
idq; propterea, ut nemo sit qui iniuste ac perperam zelare ne iudicare
possit, cū nimirum zelavero super me ipsum primò, zelus etenim qui ex
Deo tanquā suo origine aut primordio procedit, semper incipit à seipso.
Felix deinde, inò felicissimus, quē fecerint aliena pericula cautum:
vel, qui ex alieno malo, quod in hunc finē à Deo permisso esse constat
sūt didicerit, emendare.

Prima itaq; causa malorum meorum, infortuniorum atq; ruina est illa
quam admiravit Christus aeterna sapientia in domo illa adificata super arenam,
hoc est sine fundamento, quae, postquam descendit pluvia, et venerunt flumina,
et flaverunt venti, et irruerunt in domum illam, cecidit, et facta est ruina
illius magna. Accipi hūc et intellexi velim, non iactum, solideq; positum in
Novitiatu Religiositatis, aut vite spiritualis fundamentum. Tunc etenim
intellectui meo proponi debuissent, explicari ac imprimi fortiter fundamenta
seu principia vite spiritualis ac religiose: rationibus postea aeternis,
Exemplis Sanctorum, praecipue qui in Religione vixerunt, atq; in ea ad per-
fectionis sanctitatisq; inexcitabilem pervenerunt; nec non sententijs doc-
trinisve Sanctorum Patrum, efficaciter moveri voluntas et auerendi ad
praxim, usum scilicet actualem, continuamq; exercitium, quatenus habitus
virtuosi, sanctiq; ex frequentatis actibus generari ac provenire soliti,
solide animo meo implantarentur, et eo deinde eundo et progrediendo de
virtute in virtute omni virtute flore atq; decore exuberare cum gaudis
Spiritus S. solatio Superiorū, exemplo ac adificatione proximi, atq; tandem
cum pace et tranquillitate cordis mei quae exsuperat omnem sensum, atq; gene-
ratur ex virtutū exercitio, bonaq; conscientia testimonio, ac nihil aliud
est quā Christus pater meus benedictus in saecula cuius deliciae sunt
esse cum filijs hominum. Verum capacitas creaturae rationalis, seu hominis, mo-
dica cum sit, intellectus hebes, memoria debilis adeo, ut nequeat vel multa per-
cipere, vel percepta fideliter tenaciter continere. Mens iuxta seu voluntas
humana concupiscentijs velitis passionibusq; ipsam disturbantibus agitantibus
inconfans admodum sit, ut in tempore tentationis recedens a secedat modò usq;

ad caelos, et iterum descendat post modum usque ad abyssos, novò tabescat in malis
 et novò iterum inardescat ad bona, atq; ita inter hujusmodi ascensum et des-
 censum fluctuet incoiter: conferentijs spiritualib; ammonitionib; et ex-
 hortationibus frequenter erigi debuit atq; indies consolidari et confir-
 mari. O Reverendissime atq; amantissime Pater ac Dñe Gratiosissime p
 Verbum ihu si ehes positum, nempe in cor antè quàm fuerat obduratum
 ejusq; obturata aures debitis si quis clamasset modulò, o quam grata
 et lucunda redderet Echam; vita namq; hominis religiosi vota Echo est
 Novitiatùs, ubi audiri loqui aliqut. Prædicta si facta fuissent, præ-
 stita atq; peracta, quæ suavis novò resullaret harmonia, quàm dulcis
 resonare sonus, concentusq; virtutù exlaret in me et ex me audien-
 dus omnium! Volo intelligi per hoc: si ab initio statim conversionis me
 eductus fuisset perfectà in credi sanctorù viam, ac deducere stare sicut viri
 fortes in preliis contra malas inclinationes, consuetudines, concupiscentias
 et passionis, quantum impræsentiarum haberent patè, aliq; letitiam?
 si vel unum vitium quotannis conatus fuisset constanter eradicare ac superare,
 unamq; è contra implantare aut acquirere virtutè, quantum modò fore?
 Si tunc radicatus in corde meo fuisset timor Domini, horrore omnis peccati
 præsertim mortalis: Tunc si excitatus in me accensiq; fuisset flagrans
 et insatiabile desiderium tendendi ad perfectionem: abstractus animus
 à secularib; desiderijs; inductus amor crucis, seu mortificationis in-
 terne, amoris nempe proprii, judicij ac voluntatis &c: atq; externa,
 corporis scilicet, seu suæ ac lingue præsertim necessitas et aviditas;
 stabilita vocationis ad statum Religiosum veramq; spiritualium estimatis
 extincti sub exteriori apparentia, tamquàm sub cinerib; dolosis conserva-
 ti mundani iunculi &c: Tunc inquam hæc si facta fuissent, quàm magnus
 fore novò ac esse sanctus coram oculis increata sanctitatis, pulchri-
 tudinis, et plenitudinis, Dei videlicet, qui solam suam sanctitatem, et non
 potestatem, non sapientiam, non altitudinem maiestatis suæ nobis proposuit
 imitanda, quando dixit: Sancti estote, quonia ego sanctus sum, Et
 per filium suum Jesum servatorem nostrum: Estote perfecti sicut Pater
 vester in celis perfectus est: atq; tandem à quo omnes creature intel-
 lectuales sanctificantur, suamq; accipiunt pulchritudinem et sanctitatem,
 tamquàm à principio efficiente formali, exemplari et finali omnis splendoris

et sanctitatis quae in creaturis reperitur. Verum ob praedicta, propterea
quod positive reperi in me non fuerint, translatus tunc sum ductusve in capti-
vitate, ac sedea nordi super flumina Babylonis, confusionis meae, ubi anima
mea pene sustentatur tribulationis, et aqua potatur fluminis turbida
irruentiu in me omni ex parte afflictionum; alius autem ex me ac percipi
sequitur sonus, quam ille penitentis atque a genua cordis sui ruentis spa-
misse, quae plena in caelum clamavit personavitque voce: Misere me Deus
secundum magnam misericordiam tuam. Hinc inquam threnum ejulare
non sine frequentibus interiectis suspirijs, pausibusque interioris, hoc est
recognitionis ac confessionis culpa meorum interstitijs et intervallis
sicut quoadmodum S. P. N. Benedictus in Regula c. 4. docet, iubetque
quotidie peccata sua confiteri sicut: solum michi conceditur; quem sanem
Deo gratias, bono nodolor acuto valde, non quidem ipsum intendente
sursumque trahente penam, sed amore Dei sicut penitentia enim vera est atque
impetrata a charitate; non tantum ad caeli ianuam sed etiam ad ipsa
culmina, ad Deum usque extollente et elevante; ubi deinde choram
resente bonitate ac misericordia Dei, et asstantibus atque silentibus
threnis, etiam lacrymas inter et suspiria sicut nam etiam amor lacrymas
habet et suspiria sicut insonant, audiunturque a tota caeli curia cum gaudio
et exultatione super uno peccatore penitentia agente; iubilosi ex-
cessus, ac sit amoris cantium: quando est contritione cordis, humiliati-
one nascitur michi spes veniae, reconciliatur perturbata conscientia,
reparatur gratia perdita, tunc a ventura ira, per frequens etiam
misere mei tollitur ira Dei, et occurrunt tandem sibi mutuo in
osculo sancto atque impleto Deus ter clementissimus et penitens
anima mea: ac tandem sentis et experior cum magna dulcedine et tran-
quillitate cordis verum esse quod dicit Sanctus Augustinus his
formalibus: oratio est clavis caeli, ascendit oratio ad Deum, et des-
cendit misericordia ad peccatorem.

Altera causa est, quam Christus per discipulum suum quem diligebat,
obiecit Anolo, seu Episcopo Eufesia Ephesina dicens: habeo adversum te
quod charitatem tuam primam reliqueris. Causa eroo ista declinatio est
seu recessus a primo illo fervore, quae exultavit in me, fovit, sepiusque
maxime in exercitijs ante Professionem & primam missam renovavi.

ac reformavit Per Clementissimus Deus, quando Eiusdem Spiritus Sancti in-
 finitū electurus vita statū ad salutem meā maxime accommodum pios
 consalvi viros atq; prudentes; tunc etenim licet parvulus adhuc ignorans
 introitū et egressū suū, haud negavi, cū irreligiosis non tractandum esse
 de sanctitate, cū iniustus de iustitia, cū caecus de coloribus, cū saecularibus
 et mundanis de caelestibus; sed cū sapientibus, probis ac timentibus Deum
 communicanda esse consilia; qualis vir sapiens, probus ac timens Deum
 utiq; vixit omni exactione maior, et requiescit a moriō a laboribus suis
 in sanctissima pace Rng D. abbas Georgius Geiser, ac vivit etiam nūc
 ad R. L. P. Josephus brach prior S. Georgij vir religiosissimus atq;
 devotissimus, cuius iussu ac hortatu ad prefatū beatæ memoriae abbatem
 tunc temporis adhuc priore hujus recolat causa p̄via ab ipso pro me
 factā intercessione ac recommendatione, missus sum et abbeatus.
 Quando autē Deus omnipotens, qui nullū hominē creavit, et Deum adoluit
 sed ad laborem, finculos ad aliquod vita genus certū ac determinatū ut
 prudentissimus paterfamilias liberos suos destinat; varios iussu
 dare solet instinctus, qui à prima pueritia ferè emicant, quos viri
 ac homines p̄j ac illuminati à Deo indagare fiunt atq; discernere,
 alibi facti patroni mei haud dubie in Spiritu S. seu in lumine Dei
 optime noverint quē mihi persuaderent vita statū, prout fecere, atq;
 esse ille ipse in quo pro dolor! aberrans à proposito Dei ac hujus vocatio-
 nis nec multo tempore saeviens et abominabilis pseudoreligiosus
 vixi cū scandalo totius universi, ab nōdi ac deinceps ut pie credo spe-
 rore ex misericordia in oratione et charitate Dei in qua et moriar.
 Per recessum istū de quo moriō dixi aliud nihil velim intelligi, quam languore
 mentis; qui est diminutio caloris seu fervoris, per quem anima, in statu con-
 jectenti subijcitur; seu in tepescentia aut tepiditate, et quidem in ultimo
 gradu, ubi postquā perveri, haud potuit non sequi ac fieri horrendus ac hu-
 tuosus lapsus, tepiditate siquidē tam mediura, quā p̄na non est, nisi gravis
 ruina.

Tertia causa est precedenti proxima atq; ex ea profluens, quam
 licet in graviori materia, Jacob Patriarcha moriturus filio suo primo-
 genito Ruben exprobravit dicens: Effusus es sicut aqua non refers.
 Effusio nempe mei ipsius et applicatio ad exteriora tanquā ad plurima

coram Deo

non necessaria; quae sunt chronica atq; captatis distractione, conversatio-
nū sū idq; solius sedis vitandi causa orti ex odio silentij, solitudinis
studiorū ac laborū sū. Ex huiusmodi proinde effusione aut applicatione
ad exteriora fieri aliter haud potuisse, existimo, quā ut spiritus
meus dissiparetur in primis, ac postea interna restituerem, in via Dei
non sinere incrementū, non proficere, sed tandem necessario deficerem
non progredi enim in via Dei est, regredi, non proficere deficiere, perire
atq; in ruinā irem. Jam primum attamen ex oratione Dei specialiter
adhuc suppedit mibi tempus et neglecta supplendi, et perditā instaurandi,
conspicua ac intellibo dolore factus intrinsicis, ideo maxime
partem vitae meae, maximā meritorum perijisse, eū quod cogitationes et
studia cordis mei, seu voluntatis, sparserim in obvia quoq; et raro col-
lectivā: Christum solum in corde meo residentē tanquam in deserto domo,
quam quis nunquā invidetur hospes, deseruerim. Jam, inquit, suis factis
et experior quia vanitas vanitatum et omnia vanitas praeter amare
Jesum et illi soli servire, porro Jesus tam in vita mihi quā in aeternitate
unū illud necessarium est; huius ergo dixi nunc capi referare et reser-
re penetrare intimum cordis mei soli; ibi solus cum solo ut loquar me
recolloca: ibi ut audia veritate intus loquentē: Martha quidem
ubi obedientia, necessitas et charitas id a me exierit, partem aliquando
relinquerō, sed mox iterū in quiete orationis et recollectionis optimam
mariae etiam partē, quae est unū illud necessariū; hoc est, per veram
simplicitatē animi, seu voluntatis, aut exterioris applicationis sensum,
nova, inutilia, curiosa, superflua, aut quae ad me non pertinent, quae
officiū meū, obedientia, vel charitas non praescribit, et de quibus Deus
orationē non sum realiturus, illa, inquit, plurima omittam, et unum
etiam, ut uni non solum intentione, sed et maiori recollectione, et uni-
tate actionū applicer. Verbo: Jesus Christus unum amoris mei erit
et est obiectū ac spei anchora: in hunc curā meae omnes, solitudines
studia, affectus demersis confluent. Tota mea vita fit ad Christum ire,
à Christo exire, et redire ad Christum. ad Christum ire per orationē, à
Christo exire per actionē obedientiae, necessitatis, et charitatis, et
ad Christum redire per recollectionē, examina et penitentiam. ad Christum

ire, ut gratiam petam: à Christo exire: ut Christo serviam: ad Christum
redire, ut peccatis meis ac defectibus meoat atq; fervore amoris redimere-
gem.

Quarta causa est similis illi, aut illa ipsa ob quam cecidit in caelo An-
gelus, ~~Lucifer~~, cuius superbia tracta est usq; ad inferos: Lucifer
nimirum contemptor verbi, amans sui, elatus opinione propria ex-
cellentia, oblitus divinae iustitiae. Intellectuatur huius velim defectus
humilitatis, aut Superbia, amor et appetitus propriae excellentiae
honoris, estimationis, gloriae vanae ac laudis per gradus imaginatio et
estimationis mei ipsius, contemptus aliorum, horror suorumq; omnis con-
temptus et neglectus, vana iactantia talentorum, inobedientia,
pernitia et arrogancia, emulatio, plaudendi studia, respectus
humani sperantes et timentes, dissimulantes ac persuaden-
tes per politica agenda ratio quae sequebatur defectus simplicitatis
aut veritatis ascendendo cum Superioribus et aequalibus, artificiosa ac
malitiosa ratio demerendi aliorum favorem per adulationes, presentia-
nes, detractiones, susurraciones &c. Superbia itaq; cum fibris suis
omnibus ac effectibus quae est appetitus inordinatus excellentiae in temporalibus
aut spiritualibus, quos quis maiorem se facit, et fieri vult, quae re ipsa fit
quia inventa est in me, hoc est, quia oblitus sum Christi Dei mei, estimati-
onem apud homines querens, omnia in seculo et pompa gerens, nun-
quam vel raro de fine creationis meae et vocationis cogitans, me unum
operum meorum et actionum finem constituens, cecidi et corruvi, causa
per quam furens ac lugubri atq; detractus fui usq; ad inferni regi-
dine, et nisi quia Deus advenisset me paulo minus in inferi bara-
thru devenisset et habitasset anima mea. Ex Superbia mea provenit
remissio animi, laxitas vitae deponit et stupor, tam multis annis multum
profectus, tam gravis et turpis deordinatae vitae meae, et denique
ut S. Basilii a se verat¹¹ ob gravissimum superbiae peccatum iustus Dei
iudicio traditus sum in servitute luxurie ac aliorum vitiorum omnium.
Siquidem bonorum solatrix est superbia, et ut S. Greg. ait, vitiorum regina
superbia, cum devinctum plane cor ceperit, mox illud septe principalibus
vitijs, quasi quibusdam suis duibus devastandum tradit per.

Quinta causa est, quae exprimit Deus per Osea prophetam dicens: Con-
vertent alieni robur ejus & ipse nesciet. nimis affectata, studio quae
libera deinde nimium quantum et incauta conversatio cum Domesticiis
etiam et confratribus ac etiam subinde cum secularibus. O quam insipienter
stulte et pueriliter ne gessi, quando unicuique statim adhaesi!
credidi atque confisi, certe iuxta proverbium quod dicitur: fide sed cui
vide, prius in memoria revocare debuisse et cogitare monitum S. Jere-
mie propheta: unusquisque se a proximo suo custodiat, et in omni fratre
suo non habeat fiduciam; quia omnis frater supplantans supplantabit, et
omnis amicus fraudulenter incedet, et vir fratrem suum deridebit, et
veritatem non loquetur. Sunt enim pro dolor! quotum lingua fascita vulne-
rans locuta est dolum, in ore suo pacem meam locuti sunt. Aculte pose-
runt mihi insidias. O quam grandis stultus fui, quod unicuique statim
penetrabile cordis mei refferaverim et quae intus lateant ostenderim inui-
sae contionibus ut filij matris meae subnaverint contra me ipsi armis
quae mutuarunt a me. O quantus supor, quod non evitaverim occasione
personas, tempora, loca, materias, circumstantias cum et in quibus ipsa ex-
perientia docuit commissos esse errores et peccata, ipsi quidem ipsi reve-
lantibus et accusantibus me qui meum vel peccaverunt, aut ad peccatum
moverunt aut certe invarunt, et causam dederunt male agendi, mu-
murandi, detrahendi. Jam primum dum vexatis mihi dabo intellectum
conosco sincere advenit esse atque ambulandum cum Deo ac superioribus, se-
quam cautissime cum filiis matris meae, id est confratribus etiam
multis nominis cum externis et secularibus. Jam experior, iam sentio
non evitare occasiones nihil aliud esse, quam velle occasum animae: iuxta
illud, qui amat periculum peribit in bello. Sed de hac causa alibi, ubi
forte dicentur, ubi docetur de causis externis: ita tamen ut non
videar aut credar notituros alijs: si enim ego scissem et custodissem
quae oportuit scire et custodire me, non corrumpessem. et isti frustra
posuissent tendiculas.

Contra
quod
episcopus
papatu
!
Edem
Sper
Papa
Bibe
il el
vulca
le pop
latia
ia ius
omis
us lo
pa ex
re ve
uati
di qu
lute
by p
ian
tio
iux
Bil
ho
vile
pup



Sexta causa est oculus nequam totum corpus reddens tenebrosum, ut Chrysostomus dicit. Defectus intentionis, seu intentio vel nulla, vel frigida, vel non pura, sed permixta captationi propriorum commodorum, vel vitiosa interventu intentionis prava &c. Ex hac causa tantum mali promanant et promanavit, prout lucens ac dolens vehementer agnosco, ut etiam ipsa opera, bona in se aliis, non bona, non Deo placita, non meritoria, sed profus vitiosa reddita fuerint, et facta plurimorum iactura aut amissio bonorum. Sicut, sicut Deo sint Laudes, quando sit momenti curare ut recta ac simpliciter in omnibus intentione habeant: quando sit momenti ordinare actiones meas, ut suo quoque tempore fiant, et ex prescripta in Regula alijsque libris methodo. Sicut inquit, quae ad proximum recte intentionis sint necessaria, et in quibus defuerint: et emendari.

Septimam causam peccatorum neorum a spirituali Civitate psalter, ut dicit: Non est Deus in conspectu eius, inquinata sunt via eius in omni tempore. hoc est, oblivio Dei presentis. Cujus enim animus temere evanescit, otiosus se dabit: quis frequentur irascitur? quis humanae laudes avidè captat? quis ad opera spiritualia piger est? quis actiones suas ad Dei gloriam non refert? quis inter orandum distractitur? quis, ut uno verbo dicam solus et ut alijs peccat in hoc et illo genere peccati? in promptu causa est; qui non semper cogitat; Deum cogitatione, et actione omnium suarum inspectore esse. Dixi ergo nunc cepi imitari animalia illa mystica, quae erant plena oculis ante et retro, habentia nempe oculos in manibus, oculos in auribus, oculos in labijs, oculos in pedibus; plena oculis intus et foris, ut nimirum neque videant, neque audiant, neque loquantur, neque cogitent, neque gressum divinum, neque quicquam aliud operentur nisi divinum conspectu Dei et in conspectu Dei.

Octava causa est. Dissimulatio gratiarum Dei excitantium seu prevenientium, ordinatarum a Deo ad vitandas imperfectiones, errores et peccata. Dissimulatio inquam, vel dilatio, partim ex pusillanimitate, partim ob fuscum aut horrorem molestiae alicuius, partim ob respectus humanos. huiusmodi dissimulatio et dilatio foris est omnis mali: quia Christus Jesus tanquam caput in membra, et tanquam vitis in palmites, in ipsos iustificatos iugiter virtute influat iuxta Tridentinum: quae virtus bona eorum opera semper

anteedit et conitatur, et subsequitur; quia, inquit, ha excitantes seu ante-
cedentes gratias à Christo in palmis derivantur, non potest esse palma
viva vitis sine hoc influxu gratiarum excitantium, proinde indies arefiet,
exareabit, et in ignem mittetur. crede experto mihi qui Des
plus millies millies millies innotuerunt me probui, sed misericordia
Domini quod non sumus consumpti, quod hoc est, quod non exipes et
in ignem missus sum aeternum.

Nonna causa est neglectus ordinis, temporum et actionum, ex hoc neg-
lectu orta est coniectio meum cum actionibus Deum concernentibus. e. g.
Meditatione, Examine, Misere &c. in anouistiis temporis; hinc festina-
tio, precipitatio, et expeditio leui brachio, et pluries quae possim
fateri ac dicere omisio. quod quam periculose sit ac damnosum, inde
colligi potest, quia interdum Deus aliquid alicui temporis aut actioni
gratias, cum finali gratia connexas, atque ita nelegisse tempus aut
actionem illam, est perdidisse gratias illas, et consequenter gratiam
finale. quid ex hac causa inuoluer patiar, solus Deus scit, et ego
qui inuoluer timeo, ne forsam obliviverim aut perdididerim gratiam
finale. solatur me quidem Deus quod reduxerit me aberrantem
bis et relinquentem ovile ad quod per professionem me alligavi, sed
torquet id quod S. p. N. Bened. revelaverit, S. Gertrudi, eum
qui male in suo ordine, sicut ego, inceperit vivere aut confunderi
aut eum perconfundi non satis intelligo quid significetur, an nimirum
adhuc sit spes salutis illi qui confunditur, aut num fiat Herodes
et multi à plerisque temporalibus ad aeterna tormenta ejuendus sit.

alij

Decima causa est defectus silentij tantopere à S. p. N. recommendati ac
precepti in Regula. huius defectus effectus in me ut vana fuerit religio
mea iuxta S. Jacobum. ita ut non potuerim non peccare: nam in multiloquio
non deerit peccatum: quia enim multa locutus sum quae non profuere sperantur
atque diabolo hoste antiquo sum et vix non vix in infernum detrahitur, sicut
multis evenit in seditione Core, qui detrahere superioribus suis Moyse
et Aaron. sicut urbs pateris et absque murorum ambitu, ita vir qui
non potest in loquendo cohibere spiritum suum. denique vir linguosus non
iustificatur. Et ut sanctus Gregorius ait: cecidit in me illa maledictio
Esopus es sicut aqua non crescit, hinc sum vir sterilis, vir cui non bene-

Benedixit Doming, vir qui non prosperatus est in vita.

Undecima causa est, quod nimium quaesiverim ne ipse et propria commoda.
 Ex hoc fonte omnes ferme defectus, omnia peccata tam in hominibus saecula-
 ribus, quam in religiosis profuerunt: querendo seipsum perierunt tot milio-
 nes auroclorum, qui Luciferum sunt secuti; querendo seipsum perijt genus
 humanum: querendo seipsum amittitur Deus, et in infernus impletur animalibus.
 Huc etiam pertinet fuga crucis, quae est crux omnium durissima: nam
 pati communis crux mortalium est et simplex: sed reluctantem et invitum
 pati crux damnatorum, quae sui ipsius odio duplicatur. Fuga crucis non
 tantum durissima crux ^{fuit} sed et pessima; utpote omnium causa malorum
 meorum, quare enim nihil profeci in virtutibus? in promptu causa est, cruce
 fugi, pati nolui. quare tam ubi fervor, de quo supra mentionem feci,
 insequitur; cruce fugi, pati nolui. Quare detestari obedientiam? quare
 declinavi charitatis officia si humilia fuerint, si difficilia, excusari mortifi-
 cationis studium non adhibui, cruce fugi, pati nolui. hinc factum est
 et contritum, ut, dum pati nolui peccare non me tuerim. Inter peccatum
 positus et cruce audax et proleps in peccatum sui, timidus et ignavus
 cruce tergaverit; malum scilicet malus esse quam miser, errore certe peccati
 non teneo enim miser nisi malus. sed deinceps ita obfirmans animum, si
 metu crux invidiam illud cogitabo, aut patiendum ne peccem, aut patiendum
 quod peccaverim. Crux quae antecedit peccatum, gloriosa est et meritoria;
 quae sequitur turpis et infructuosa, prima sanctorum est, altera reproborum.
 Duodecima causa est, resoluens, aut profus omisa et amissa custodia
 sensuum visus, auditus, tactus &c: per sensum enim fenestras etiam
 in Religiosis non tantum defectus sed et peccata gravia et mors ascendit
 atque inceditur in animam. Quare perpetua vigilantia tam exteriori
 quam interiori hominem meum custodire debuisse, atque curare omni virtutis
 nisi ut illos sensus, a terrena vita ad caelestem traduxisset, eosque sensim
 abduxisset a nimia operis quod exercent attentione, ne se avidius rerum
 terrenarum delectationibus immergerent. Nam servire sensus debent, non
 imperare. Oculorum imprimis castigari licentia opportuisset: quia enim
 celerrime videndi rerumque plurimarum imagines ad phantasiam et inde ad men-
 tem transmittunt, gravium peccatorum semina in appetitu excitant, nisi firmis
 custodia muniantur. Maximo perere autem caveri debuisse non solum as-
 pectus feminarum, cum et in quibus Deo sint laudes non remitti peccatum

aliquid à me commissum esse, ^{exceptis} praterquam quod ex vegetatione et in iocis
+ noniales osculatus fuerim ac unam attigerim circa manillas absque lamen
omni desiderio aut concupiscentia; sed etiam eleoantalonum iuvenulorum
huius enim etiam aspectus; praterquam quod magna inordinatio in corde causat,
dissonis quoque ad multa mala; plurimamque religiosorum ministeria, officia
et opera reddidit minus pura, minusque grata. Ex nunc autem ubi et
curabo sedulo ut exterioris oculi mei rectitudine intentionis puritas
semper coniectur, hoc si fiat. Dei vestigia: qui solus exsatiare potest
cor nunc et omni appetitui satisfacere delictis suis sanctis que sapienter
omne sensu: ubique impressa reperire poteris: et cum ipse in creaturis re
renari satis ac perfecte didiceris, ex his suaviter atollere poteris
animum ad divina maiestatis contemplationem. delicias ex contemplatio
ne Divina maiestatis provenire ac promanare solitas qui quassant
adhuc esuriunt, qui bibunt adhuc sitiunt, ac desiderare nequeunt nisi
Iesu que delirant: et hoc desideria solum desiderare deinceps licet tibi.
Auditus sensus est disciplina, per quem notio veritatis et sapientie
quasi per ianuam mentem ingreditur. Sapere itaque ne oportet aures improvi
da circumpectione, ne pro veritate mendacium, pro sapientia stultitia in
penetrabilia cordis mei irrumpant: claudere illas debes oblocutionibus,
claudere suspiriis, claudere rugis et rumoribus, claudere otiosis nar
rationibus, detractionibus, omnique rei que nihil ad animam profectum
conferit. Sicut qui audivit symphoniam, sensu seu in auribus modulationem
illam et dulcedinem cantus, etiam cum disceperit: ita malus sermo, quamvis
non statim officiat, semina tamen in animo relinquit, que diutius haerent,
et ex intervallo recurrunt. Deum in his loquentem eo frequentius audiam,
quo rariis homines audieris. Omnia ornamenta arte confecta esse
minatorum sunt et male audientium, qui bene semper olet, inquit poeta
non bene semper olet: ides reicit omni odore, faciam ut bonis moribus
suavissima virtutum fragrantia redoleam. Gustu vero castigabo absti
nentia et sobrietate: lactu cuius, verberibus aliisque asperitatibus. Satius
est enim corpus affligere, et servare; quam noxijs blanditijs et ipse et
anima perdere in aeternum. Pro clausula huius cause appono, ac dico,
quonia expertus sum, ut teneo putet religiosorum quisquis ille sit, lubum
se fore à diabolo quia est sub clausura, si clausura sensum suum non adhibu
erit. Nec porta religiosa aut claustralis bene obsecrata proderit, nec ipsa
reparatio casu, nisi porta sensum suum firmissime muniverit.

Tene propter amplius presulas Opere gratie, haec sunt principales malorum
 meorum ac infirmitatum duodecim, quas Deo Quae ac indue reperi in me
 meditationibus, considerationibus, Examinationibus ac reflectionibus meis. Si tamen
 adhuc aliae scias existere in me, quae vel explicitae vel implicite
 aut virtualiter in praedictis non reperiantur et contineantur,
 quoniam submississime per salutem animae tuae ac meae obsecro intimare mihi
 et induare gratiosè se deditioneris. Credo enim ac scis eò sine natura
 me esse ut a Deo felix sim et beatus, eà lege vocatus ad religionem,
 ut sanctus sim et evadam. Eò sine ut Deo fruamur: hoc enim est beatus esse.
 Eà lege ut Deo perfecte serviam: hoc est enim sanctus esse: ad eoque cupido
 scire ac desidero intelligere omnia quae ad praedicta necessaria sunt.

Porro causae praedictae duodecim quadruplex habent principium, quorum
 primum est, quod parvi duxerim nihilque sere fecerim vocationem meam
 ad statum Religiosum. Nam ut Vita spiritualis magistri tradunt, oportu-
 ipse me ante omnia instrui ac edoceri quantum donum, quantumque gratia
 est vocatio Religiosa, neque deinde memorè esse illius iociter, non
 tantum ipsam vocationem religiosam plurimum estimando et amando, sed etiam
 omnia connexa cum illa, omnia nempe prescripta à Religione, quamvis
 videantur exigua: cum enim auctoritas sequatur naturam principalem, cui
 placet principale, etiam placere auctoritas necesse est. Tanti esse coram
 Deo vocationem Religiosam ex S. S. Thoma. Bernard. Bonavent. alijsque
 deducit, ut merito vocari debeat et estimari donum Dei prestantissimum
 et gratia gratiarum. hujus rationes peti possunt ex praedictis SS.
 quae huc ponere superfluum esse existimo, quia non docere venio, sed
 me accusare ac meam patefacere miseriam.

Alterum principium est, quod miserim legere libros spirituales aut affe-
 ctuos, ex quibus Religiosi homines instruuntur et illuminantur Spiritibusque
 eorum et fervor charitatis et aueruntur et fovetur, conservatur et regitur,
 a qua multa bona habet, quantas utilitates habet per lectio. primo intellectu
 illuminat. 2. voluntate auerit. 3. memoria optimis imaginibus repraesentat. id
 est templum animae nostrae exornat, verèque divite hominem facit. Non est
 mirum quod de non tanto conatu à bonorum librorum lectione me deo diverterem
 ne scilicet in bono opere me impierem ad cor redire et ad Deum meum. omnis enim
 scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripi-
 endum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus homo sit Dei, ad omne opus bonum
 instructus. illud fateor quidem de sacra scriptura dictum esse, sed ad alia etiam
 quando bona est, potest transferri: nemo enim bonus nisi solus Deus, et quod

unquam. Utilitas ab eo fuit. quantum studium religioso homini ponendum
sicut in S. Scriptura, patet inde, quod lux sit et lucerna pedibus nostris, Lucerna
inquit David, pedibus meis verbum tuum. Et Apollus Petrus: habemus firmiore
prophetium sermone, cui bene factis attendentes, quasi lucerna lucenti in
caliginoso loco donec dies eluceat, et lucifer oratur in cordibus nostris
Denique ex illis verbis didici: non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod
procedit de ore, lectio spiritualis esse cibum anime, nonne et velut mamma
omne delectamentum et omnis letitiae suavitate in se habente. De servientibus
uniuscuiusque voluptati sed.

Cum P. Augustinus dicat: quod recte noverit vivere, qui recte novit ora-
re; oratio autem illa que meditatio, ^{inducitur} homini religioso in primis pro ceteris
necessaria sit et utilis, nam ut S. dicit Bonaventura, omnem religionem
absque orationis et contemplationis studio arida esse et imperfectam,
habet quare pro 3^o principio a prioribus, quod in notaverim proxime, me-
thodumque orandi mentaliter id est meditando. Quod ergo hoc studium
non habuerim mirum non est quod nulla S. Scriptura sapientia habuerim
me Quamque me non cognoverim, et consequenter me non odio habuerim
Quamque non dilexerim. Nam meditatio finis est omnis cognitionis et opera-
tionis et est sapientia vera in qua est cognitio per vera experientia.
Denique quando certum est in illis etiam qui meditari solent, ad male et inuti-
liter meditantur, dum nimirum in meditatione non extinguitur ignis, nocte
sepeferre animam, sed in fastidiosisque rerum spiritualium introitus, vitam ipsam
religiosam despicere, ad ultimum desidiosis gradu deveniri, quidde me pati-
endum qui omnino negligi hoc studium maxime necessarium, nisi quod satis
fusse in his et alijs confessus sum.

Quartum principium est, omnia sicut si non omnia, inutilis tamen et infructuosa oratio
vocalis. Oratio vocalis ab apostolis primo per commendatur et velut prima virtus habetur.
ex sequentibus patet quid huius dicere velim. S. dicit P. Aug. Quis iubeat aliqua, que non
possunt, ut noverim quid ab illis petere debeamus: ipsa enim est fides, que orando impetrat, quod lex imperat.

Et alibi. Occupatas agant, quod aliquid sine difficultate faciunt, et ubi difficultate aliqua sentiunt, fidelissimis
et perseverantissimis precibus et misericordie precibus operibus facilitate a Deo impetrare persistant. S. Gelasius
dicit si in ipsis primis hominibus, dum qua nimirum facilitate confidunt, et tanta Cei gratia in vacuum recipientes non orando, nec de
recipitis gratiis gratias referendo; nec ut eadem in temerata durarent, suppliciter implorando, incolemes consistere requirere
quanto magis post prevaricationis ruinam absque divino munere suis viribus vel equi stare non possunt, sine quo nec in terra
existere valuerunt. Et S. Thomas. nec valet instantia, qua quidam offerunt, quod ad omnia in tentatione non fuit subverti
et deciperetur, licet tunc maxime indigeret, quia iam receperat peccatum in animo, et ad divinum auxilium recurrere non
potuit. ergo quod tam males exhiberim, quod dolens lapsus sum, alia causa vix est quam quod orare omiserim
sicut de petro dicendum est, dolens lapsus sum et orationis admonitus, et tamen ut caveret et orare nunquam
persuasus.

Pro fine et maiori intelligentia apponere libet, quae
 ita fructuosa: Ex hoc constat nihil petere, quae constat nec quae
 promissis, veritatis: petite et augetis. sed multa oportet querere, si libet
 quod petis invenire. oportet petere Deo dionem, nec tam attendere sua voluntate
 qua Dei pensare diuinitate. O qua multi videntur sibi grandia petere, quae tam
 tantilla, aut nulla, indignum est, a tanta maiestate postulare, ideoque et indignum
 Deo, precibus exaudire, indigna se conuadere. Et si quotiescumque successus orauimus
 vel aliquid saltem postulamus, quantum, pro quantum conuadimus. Ex his ergo
 concludo si petivisse a Deo humiliter, fiducialiter, perseveranter sed
 in primis bene orandi spiritu hoc est auxilium Dei ad orationem omnem
 sequente, deinde auxilium ad omne operationem honestam et salutarem, ad
 servanda mandata Dei et regula, Deum absque dubio concessisse mihi, et
 inde longe emanasse aut evitatos fuisse defectus, errores, scandala
 et me in sanctum evasisse.

Haec dicta de causis internis eorum, principijs breviter tantum et obiter
 dixisse sufficiant in praesentiam.





Specimen

54
54



55



56



